tantum: ſed ſimpliciter eſt maxima ſapientia: huius ratio eſt. Cum ſapientis ſit ordinare ⁊ iudicare. Iudicium aūt per altiorem cām de inferioribus habeatur. Ille ſapiens dicitur in vnoquoꝗ genere qui altiſſimam cām iudicat illius generis. Sicut in genere edificij: artifex qui diſponit formam edificij domus: dicitur ſapiēs architectus: reſpectu inferiorum artificum qui dolāt lapides ⁊ parant cemētum. Unde dicitur. i. Corin. iij. vt ſapiens architectus fundamētum poſui. Et in genere totius humane vite prudēs dicitur ſapiens inquātum ordinat humanos actus ad debitum finem. Unde dicitur puer. x. Sapiētia eſt viro prudentia. Ille igitur qui conſiderat ſimpliciter altiſſimam cām totius vniuerſi que deus eſt: maxime ſapiens dicitur: vnde ⁊ ſapientia dicitur eē dignior cognitio que habeatur ſm b. Auguſt. xij. de trini. Sacra autem doctrina: ꝓpriiſſime determiat đ deo: ſm ꝙ ē altiſſima cauſa: quia non ſolum quātum ad id qđ eſt per creaturas cognoſcibile: quod philoſophi cognouerūt ſm illud ad Ro. i. Quod notum eſt dei manifeſtū eſt i illis id eſt qđ cognoſci poteſt de deo per naturalem rationem fuit illis notum. Sed etiā quātum ad id quod eſt notum ſibi ſoli de ſeipſo ⁊ alijs per reuelationē cōmunicatum: ſm illud i. Corin. xi. Quod oculus non vidit: nec auris audit: nec in cor hominis aſcēdit: que preparauit deus diligētibus ſe: nobis reuelauit deus per ſpiritum ſuū. Unde hec doctrina ſacra nō ſupponit ſua principia ab aliqua ſciētia humana vt dictū eſt ſupra: ſed a ſcientia diuina a qua ſicut a ſumma ſapiētia omnis noſtra cognitio ordinaꝛ. Nec ad eam ꝑtinet probare principia aliarum ſcientiarum: ſed ſolū iudicare de eis. Quicquid enim in alijs ſcientijs inuenitur cōtrarium huic doctrine: totum condēnatur vt falſum: ſm illud. ij. Corin. x. Arma noſtra ſcilicet ſcripture ſacre nō ſunt carnalia: ſed ſpiritualia deo: conſilia deſtruentia: ⁊ omnem altitudinē extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei. ¶ Et vt agnoſcatur differentia huius ſapientie id eſt doctrine a ſapiētia que eſt donū ſpiritus ſancti. Sciēdum eſt ꝙ cum iudicium ad ſapientem ꝑtineat ſm duplicem modum iudicandi. Sic dupliciter dicitur ſapiētia. Uno enim modo cōtingit aliquem iudicare per modum inclinationis: ſicut qui habet habitum virtutis recte iudicat de his que agenda ſūt ſm illam virtutem: inquātum ad illa inclinatur. Alio modo cōtingit aliquem iudicare per modū cognitionis: ſicut aliquis bene inſtructus in ſcientia morali: bene iudicare pōt đ actibus virtutū: etiam non habeat habitum earū. Primus ergo modus iudicandi de diuinis ꝑtinet ad ſapiētiā que eſt donum: ſm illud. i. Corin. ij. Spiritualis omnia iudicat. Sed ſecūdus modus iudicandi de diuinis pertinet ad hanc doctrinam que ſapientia dr: ſm ꝙ per ſtudium habetur: licet eius principia per reuelationem ſint. ¶ H. x.

## Doctrina ſacre ſcripture

Doctrina ſacre ſcripture eſt argumētatiua. Unde dicit apoſtolus ad Thimo. i. Amplectentem eum qui ſm doctrinā eſt fidelem ſermonem: vt potēs ſit exhortare in ſana doctria vt eos qui ꝯtradicūt arguere. Pro cuius declaratione ſciēdū ſm. b. Tho. in prima parte. q. i. ar. viij. Sicut alie ſciētie non argumētātur ad ſua principia probāda: ſed ex ipſis principijs argumētaꝛ ad aliq̄ alia oſtēdenda in ipſis ſciētijs: ita hec doctrina nō argumētatur ad ſua principia probāda que ſunt articuli fidei: ſed ex eis procedit ad aliquid aliud oſtēdendū. Sicut apl'us. i. ad Corin. xv. Ex reſurrectione chriſti argumentatur ad reſurrectionē cōmunē probandam. Sed tamen cōſiderādum ꝙ in ſciētijs philoſophicis inferiores ſciētie nec ꝓbant ſua principia: nec contra negātem ſua principia diſputāt immo hoc relinquunt ſuperiori ſciētie. Suprema vero inter eas que eſt metaphyſica diſputat contra negātem ſua principia: ſi aduerſarius aliquid concedat. Si aūt nihil concedit: non poteſt cum eo diſputare: poteſt tamen ſoluere ratōnes ipſius. Unde cum ſacra doctrina non habeat ſuperiorem ſciētiā diſputat cum negante ſua principia: arguendo quidem ſi aduerſarius aliquid concedat eorū que per diuinam reuelationē habentur: ſicut per auctoritates ſacre ſcripture diſputatur contra hereticos. Et per vnum articulum diſputamus contra negantē aliū. Si vero aduerſarius nihil concedat eorū que ſunt diuinitus reuelata ſacra ſcriptura vt pagani: nō remanet amplius via ad probādū articulos fidei per rationem: ſed ad ſoluēdum rationes ſi quas inducit cōtra fidem. Cum enim fides infallibili veritati innitatur. Impoſſibile aūt ſit vero demonſtrari contrariū: manifeſtum eſt probatiōes que contra fidem inducūtur: nō eſſe demōſtratiuas: ſed argumēta ſolubilia. Non ergo ex argumentis humane rationis proceditur ad probandum que ſunt fidei: ſed ex articulis fidei argumentatur per hanc doctrinā ad alia probanda. Et ſic non eſt contra qđ ait. b. Ambro. Tolle argumenta vbi fides queritur quia loquitur de argumētis rationis humane ad probandum fidē. ¶ Et notandum diligenter ſm. b. Tho. vbi ſupra: ꝙ argumentari ex auctoritate: eſt maxime proprium huius doctrine: eo ꝙ principia huius doctrine ex reuelatione habentur: et ſic oportet ꝙ credaꝛ auctoritati eorū quibus reuelatio facta ē. Nec hoc derogat dignitati huius doctrine. Nam licet locus ab auctoritate qui fundaꝛ ſuper reuelatiōe humana ſit infirmiſſimus: vt de hoc loquiꝛ Boetius dum dicit: locū ab auctoritate debiliſſimū. Locus tamen ab auctoritate que fundatur ſuꝑ reuelatiōe diuina: cuiuſmodi ē auctoritas ſacre ſcripture: eſt efficaciſſimus. Utitur tamē doctri

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

na ſacra ratione humana: nõ quidem ad probãdum fidem: quia per hoc tolleretur meritum fidei: ſed ad manifeſtandum ea que traduntur in hac doctrina. Cum enim gratia non tollat naturam ſed perficiat: oportet ꝙ naturalis ratio ſubſeruiat fidei: ſicut et naturalis inclinatio voluntatis charitati obſeqtur. Unde Apoſtolus .ij. ad Corin. x. In captiuitatem redigent em omnẽ intellectum in obſequium chriſti. Et inde ẽ ꝙ etiã auctoritatibus philoſophoꝝ ſacra doctrina vtitur: qui per rationem naturalem veritatem cognoſcere potuerunt. Sic Paulus Act. xvij. inducit verbũ arati dicens. Sicut ⁊ quidam poetarũ veſtrorum dixerũt: genus dei ſumus. Sz tamen ſacra doctrina his argumentis vtitur ꝗſi extraneis argumentis et ꝓbabilibus. Auctoritatibus aũt ſanctoꝝ doctoꝝ vtitur: quaſi arguẽdo ex ꝓprijs ſed probabiliter. Innitit̃ eñz fides noſtra reuelationi apoſtolis ⁊ ꝓphetis facte: qui canonicos libros ſcripſerũt non aũt reuelatõni ſi qua fuit alijs doctoribus facta. Unde dicit. b. Augu. in epiſtola ad Hieronymũ. Ego ſolis eis ſcriptoribus q iã canonici appellant didici: huc timorem honoremqꝫ referre: vt nullum eorum ſcribendo erraſſe audeam credere. Aut ſi in eis aliquid offendero quod videatur contrariũ veritati: nihil aliud ꝗ̃ vł mẽdoſũ eſſe codicẽ: vel ñ eſſe aſſecutũ interpretem: quod dictum eſt: vel me minime intellexiſſe non ambigam. Alios autem ita lego vt quantalibet ſanctitate quantaue doctrina polleant: nõ ideo verũ putem: quia ita ipſi ſenſerint: ſed qꝛ mihi per alios auctores vel canonicas vel ꝓbabiles rationes ꝙ a vero non abhorreant perſuadere poterũt. Hec ille. Et habetur di. ix. Ego. Idem in tertio de trini. in prologo. Noli meis litteris ꝗ̃ſi canõicis ſcripturis inſeruire: ſed in illis quodcunqꝫ credebas cum inueneris incũctanter crede. In iſtis aũt quod certũ habebas niſi certũ intellexeris noli firme tenere: di. e.

¶ ſ. XI.

**Doctrina ſacra** vtitur metaphoris. Unde dñs dicit. Oſee. xij. Ego viſionem multiplicaui eis: ⁊ in manibus prophetaꝝ aſſimilatus ſũ. Tradere aũt aliquid ſub ſimilitudĩe: pertinet ad methaphoram. Q aũt ſit conueniens ſacre ſcripture tradẽ diuina ⁊ ſpiritualia ſub corporaliũ methaphoris ſic probat bea. Tho. in pma parte. q. i. arti. nono. Deus omnibus ꝓuidet ſm ꝙ competit eoruz nature. Eſt aũt naturale homini: vt per ſenſibilia ad intelligibilia deueniat: quia omnis noſtra cognitio a ſenſu habet initium. Unde cõuenienter nobis in ſacra ſcriptura: ſub methaphoris tradũtur diuina ⁊ ſpũalia. Et hoc eſt qð dicit Diony. in li. cele. hierarchie. Impoſſibile ẽ nobis aliter lucere radium diuinũ: niſi veritate ſacroꝝ velaminum circũuelatum. Cõuenit etiã hoc ſacre ſcripture: quia cõmuniter ipa propo‑nitur taz rudibus ꝗ̃ doctis: ſm illud Ro. i. Sapientibus ⁊ inſipientibus debitor ſum: vt ergo ſaltum vel ſic rudes capiãt diuina ⁊ ſpũalia: qui ad intelligibilia ſm ſe capienda non ſũt idonei: conuenieter ſub ſimilitudinibus rerum corporalium: ſpiritualia in ſcriptura ſacra traduntur Et quamuis poetica que eſt infima ſcientiarum vtatur methaphoris: non tñ eadem ratione qua ⁊ ſacra doctrina que ẽ maxime digna ſuꝑ alias Triplici autem ex cauſa vtitur quis methaphorica locutione: videlicet ꝓpter repñtationem: ꝓpter neceſſitatem: ⁊ ꝓpter vtilitatem. ꝓpter primam cauſam vtitur poetica methaphoris ſcilicet ꝓpter repñtationem vt delectet. Repreſentatio enim eſt homini delectabilis: vnde ⁊ meretricule dicuntur pcipue poetica: quia demulcẽt aures: ⁊ delectant legentes. Propter ſecundam aũt cauſam ⁊ tertiam: ſacra doctrina vtitur methaphoris principaliter: et ſi hoc etiam delectet ꝓpter neceſſitatem: videlicet qꝛ vt dictum eſt aliter non poſſent homines pcibus rudes capere ſpũalia: niſi per ſimilitudines reꝝ materialiũ Nec ex hoc radius diuine reuelationis deſtruitur ꝓpter figuras ſenſibiles quibus circũuelat̃ vt dicit Diony. ſed remanet in ſua veritate vt mẽtes quibus reuelatio fit non ꝑmittat in ſimilitudinibus remanere: ſz eleuet eas ad cognitionez intelligibiliũ. Et ꝑ eos quibus reuelatio facta ẽ alij etiam circa hoc inſtruãtur. Unde ea que in vno loco tradũtur ſub methaphoris: in alio loco expreſſius exponũtur. Propter vtilitatẽ etiã qð eſt tertia cauſa methaphoraꝝ: ſacra doctrina vtitur methaphoris: vt qꝛ ipſa occultatio veritatis ſub figuris eſt vtilis ad exercitiũ ſtudioſorũ: vt manibus fricantes ſpicas laborando ad latẽtia grana ꝑueniant more diſcipuloꝝ. Unde reficiantur: ⁊ de obtruſis fauoꝝ cellulis mel educẽtes: ſpiritũ ſuper mel dulcem deguſtent fideles: qui forte de apertis locutionibus faſtidirẽt. Tũ etiam qꝛ per hoc occultatur veritas infidelibus ne ea que ſũt fidei irrideant: vnde ⁊ chriſtus ait Mat. vij. Nolite ſanctũ dare canibus neqꝫ mittatis margaritas veſtras ante porcos: qꝛ ſcilicet ſecreta fidei infidelibus non ſunt pandenda: vt exponit Origeñ. di. xliij. In mãdatis. Notandũ etiam ſicut docet Dionyſius in. ij. ca. cele. hierarchie: ꝙ magis ꝯueniẽs ẽ: ꝙ diuina nobis tradãtur ſub ſimilitudinibus vilium corpoꝝ ꝗ̃ nobilioꝝ: triplici ex cauſa. Primo qꝛ per hoc magis liberatur animus noſter ab errore. Manifeſtuz enim apparet: quia hec ſm ꝓprietatem non dicũtur de diuinis: qð poſſet eſſe dubium: ſi ſub figuris nobilioꝝ corpoꝝ diuina traderẽtur: maxime apud illos qui nihil aliud a corꝑibus nobilibus excogitare nouerũt. Secundo qꝛ hic modus eſt conuenientior cognitõni quã de deo habemus in hac vita. Magis enim manifeſtatur nobis in vita iſta quid nõ eſt: ꝗ̃ quid eſt. Et ideo



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſimilitudines illorum que magis elongantur a
deo veriorem in nobis faciunt eſtimatōnem de
deo: ꝙ ſit ſupra id qḋ de eo didicimus vel cogi-
tamus. ¶ Tertio per huiuſmodi vilia magis oc
cultantur indignis. ¶ .§.XII.

## De quadruplici ſenſu

ſeu modo exponendi ſacre ſcripture ſcilicet litte
rali: allegorico: tropologico: ⁊ anagogico. Unde
verſus. Littera geſta docz quid credas allegori
ca. Moralis quid agas: quo tendas anagogia.
Sicut verbi gr̄a. Hieruſalem ſm naturalem ſē
ſum cum de ea agitur in ſcriptura: ſignificat ci-
uitatem quādam que deſtructa fuit a romanis
ꝑncipibus. Scd̄m allegoricum ſenſuz ſignificat
eccleſiam. Secundū tropologicū deſignat ani-
mam. Secundum anagogicū inſinuat ſupernā
patriam. Unde Greg. dicit in. xv. moral. ꝙ ſacra
ſcriptura omnes ſciētias ipo locutionis ſue mo
re tranſcēdit: quia vno eodēqꝫ ſermone: dū nar-
rat geſtū: ꝓdit myſteriū. i. innuit ſpūalem intelle
ctum vt dicetur. Pro cuius declaratione dicit
b. Tho. in parte. q. i. arti. x. ꝙ auctor ſacre ſcriptu
re deus eſt: in cuius poteſtate ē: vt non ſolū vo-
ces accomodet ad ſignificandū: quod etiam ho-
mo facere pōt: ſed etiam res ipſas. Et ideo cū in
omnibus ſcientijs voces ſignificent: hoc habet
ꝓprium iſta ſcientia: ꝙ etiam res ſignificate per
voces etiam aliquid ſignificāt. Illa ergo ſignifi-
catio prima: qua voces ſignificant res: ꝑtinet ad
primum ſenſū qui eſt ſenſus hiſtoricus ſeu litte
ralis. Illa vero ſignificatio qua res ſignificate ꝑ
voces ſignificant alias res: dicitur ſenſus ſpūa-
lis: qui fūdatur ſuꝑ litteralē: ⁊ euz ſupponit. Hic
aūt ſenſus ſpūalis triphariam diuiditur. Sicut
enim dicit apl's. Lex vetus figura eſt noue legis
Et ipa noua lex eſt figura future glorie: vt dicit
Diony. In noua etiā lege ea que in capite ſūt ge
ſta: ſunt ſigna eoꝝ que nos regere debemus. Se
cundū ergo ea que ſunt veteris legis ſignificāt
ea que ſūt noue legis: ē ſenſus allegoricus. Se-
cundū vero ea que facta ſunt in xp̄o: vel ſignifi-
cant xp̄m: ſunt ſigna eoꝝ que nos agere debemꝰ
eſt ſenſus moralis. Prout vero ſignificant que
in futura gloria: ē ſēſus anagogicus. ¶ Quia ve
ro ſenſus lr̄alis eſt ille quē auctor intendit: auc-
tor aūt ſacre ſcripture deus eſt: qui omnia ſimul
ſuo intellectu comprehendit: nō eſt incōueniēs:
vt. b. Auguſt. dicit in. xij. confeſſ. ſi etiam ſm ſen
ſum litteralem in vna lr̄a ſacre ſcripture plures
ſenſus reꝑiuntur. Sicut verbi gr̄a. Illud quod
a deo dicitur. ij. Regū. vij. de filio dauid ſalomo
ne. Ego ero illi in patrem: ipē erit mihi in filium
⁊c. dupliciter exponitur ſm litteram: vno modo
de xp̄o id eſt dei filio incarnato. Et ad iſtū intelle
ctum inducit apoſtolus ad Hebre. i. auctoritatē
ad ꝓbandum xp̄m dei filium: ꝓcedendo ſm ſen
ſum litteralem dicte auctoritatis. Nam allegori
cus non eſt argumentatiuus. Et qḋ ſequitur in
textu. Si quādo deliquerit arguam eum in vir
ga virorū: ſi referatur ad chriſtū intelligitur de
corpore eius myſtico. Uel referetur ſolū ad Sa
lomonez. Alio modo ad litteram exponitur de
Salomone: qui fuit filius dei per adoptionem
dum bonus fuit. Et ex verbis ſequētibus argu
unt aliqui Salomonē: et ſi a deo auerſum pro-
pter amorē mulierū: tādem ad eum reuerſum.
per penitētiam: et punitū in virga virorū inſur-
gētium contra eum. Unde ſubditur: Miſericor
diam aūt non auferam ab eo. ¶ Notādum etiā
ꝙ cum. b. Aug. dicat: ꝙ illud qḋ vetus teſtamē-
tum continet traditur quadriphariā ſcilicet ſm
hiſtoriam: ſm ethymologiā: ſm anagogiā: ⁊ ſm
allegoriam: vt dicit. b. Tho. Prima tria pertinēt
ad ſenſum litteralē. Nam hiſtoria eſt: vt dicit. b.
Aug. cum ſimpliciter aliquid proponitur. Ethy-
mologia: cum cauſa dicti aſſignatur: ſicut cū do
minus aſſignauit cauſā quare moy. permiſit da
ri libellum repudij: ſcilicet propter duritiā cor-
dis eoꝝ. Math. xix. Anagogia vero eſt: cum ve-
ritas vnius ſcripture oſtēditur veritati alterius
non repugnare. Allegoria aūt quā quarto loco
ponit: cōprehēdit alios tres ſenſus ſcripture: ſci
licet et Anagogicū: et allegoriam. Item ſenſus
parabolicus ſub litterali ſenſu cōtinetur. Nam
per voces ſignificatur aliud proprie: aliud figu-
rate: nec eſt litteralis ſenſus ipa figura: ſed ſigni
ficatū per figurā. Non enim cum ſcriptura no-
minat brachiū dei: eſt ſenſus litteralis de mem-
bro corporali eius: ſꝫ de virtute operatiua ſua.
Et ſimiliter quod chriſtus in parabolis ait de vi
nea culta: et agro ſato: et nuptijs et hiꝰ: ad ſenſuz
litteralem pertinet: id qḋ chriſtus intēdebat per
illas parabolas vt de eccleſia vel verbo predica
to et hiꝰ: Siquis aūt exponeret parabolā de vi-
nea de anima in particulari: iam ille eſſet ſenſus
tropologicus ſeu moralis. Nec oportet omnem
auctoritatē ſcripture aut etiam hiſtoriā expone-
re ſecundum iſtum quadruplicem ſenſum: ſed
modo ſecundum vnum: modo ſm alium: vt dic
Orige. tractans illud de archa Noe: ꝙ erat hic
camerata et tricamerata. ¶ Et qḋ dicit. b. Greg.
in morali. vel alij doctores ꝙ aliquādo ſcriptu
ra non poteſt intelligi ſm litterā: intelligitur ſm
ſuperficiem ſeu corticez littere non ꝙ ſcriptura
in omni parte ſua habeat intellectum verū litte
ralez: qui non occidit ſed viuificat. Sicut verbi
gratia: cū ait pſal. lxxviij. Comederunt iacob ⁊c.
ſm litteram ideſt corticem littere nuſquā inue-
nitur iacob comeſtus: et ideo non poteſt intelli-
gi hoc ſm litteram ideſt corticem littere. Sed ſē
ſus litteralis eſt: ꝙ populus ille iudeorū: dictus
Jacob quoniā ab eo deſcendit: fuit pluries pro
pter peccata ſua quaſi ad nihilum deductus di-
uerſis flagellis ſicut id quod comeditur ad nihi
lum deducitur. Item ex multiplicitate horum

ſenſuū non ſequitur, aliqua ꝯfuſio in ſacra ſcriptura: cum omnes ſenſus fundētur ſuper vnū ſcilicet litteralem. Ex quo ſolo poteſt trahi argumentum. Non autem ex his que ſecūdum aliū triplicem ſenſum dicūtur: vt dicit beatus Auguſti. ad Uincētium donatiſtam. Nec tamē ex hoc ꝯperit aliquid ſacre ſcripture: quia nihil ſub ſpirituali ſenſu continetur fidei neceſſarium: quod ſcriptura alibi per litteralem ſenſum nō tradat. Sicut verbi gratia: ad oſtendendū ꝙ chriſtus volūtarius acceſſit ad paſſionem: ē figura: quia Iſaac permiſit ſe ſponte ligari ab abraam ad victimandum: ſed iſtud expreſſe habetur Iſa. liij. vbi dicitur. Oblatus ē quia ipe voluit ⁊c̄. Et qđ Hieronymus ait ad Paulinum: ꝙ viciosiſſimū genus dicendi ē deprauare ſcripturas: ⁊ ad ſenſum ſuū ſcripturam trahere etiam repugnantē videtur intelligendū quo ad expoſitionem ſcripture litteralem: nam ꝙ ad ſenſum ſpūalem omnis expoſitio ſcripture fundata in veritate fidei: ⁊ congruenter aptata bona eſt: ⁊ omēs doctores talibus vtuntur. Quandoq̄ etiam id quod male geſtum eſt ſm litteram ſeu hiſtoriam: ſignificat ſpūaliter aliquid bene factum: vt dicit. b. Greg. in moral. Quid enim ſceleſtius dauid in adulterio ⁊ occiſiōe vrie? Et quid fidelius vria? ⁊ tamē vt ipſe expōit dauid ſignificat deū: ⁊ vrias populum iudeoꝝ reprobatum. ¶. §. XIII.

## De ſeptē regulis que

ab aliquibus dicūtur claues: quia per eas aperitur intellectus in multis: ad intelligendū ſcripturas ſacras: quas ponit Iſido. in primo li. de ſūmo bono. Et b. Aug. in li. de doctrina xpiana. Et dicit eas fuiſſe tyconij: vt refert Nico. de lira in ꝓlogo ſuper penthatheucon. Qui etiam dicit: ꝙ volenti ꝓficere in ſtudio ſacre ſcripture: neceſſarium eſt incipere a ſenſu litterali: q2 ille eſt fundamentum: ⁊ ex ſolo illo argumentari poteſt circa dubia fidei ⁊ moꝝ: non ex ſenſibus ſpiritualibus. Eſt ergo prima regula ſeu clauis ſapientie de dño ieſu xpo ⁊ eius corpore myſtico quod eſt eccleſia: quia ꝑ connexionem capitis ad corpus ſacra ſcriptura ſub vno contextu: quaſi ſub eadem pſona aliquando loquitur de vtroq̄: de vno trāſiens ad aliud: verbi grā. Iſa. lxi. Induit me veſtimentis ſalutis: ⁊ indumento iuſticie circūdedit me quaſi ſponſum decoratum corona: ⁊ quaſi ſpōſam ornatam monilibus ſuis. Q. n. dicit quaſi ſponſū loquitur de xpo. Et qđ ſequitur quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis: intelligitur de eccleſia. Similiter qđ dicitur Can. i. Oſculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſūt vbera eius vino. Qđ dicit oſculetur me oſculo oris ſui: verbum eſt ſponſe frui ſponſo deſiderātis. Qđ autem ſubdit: quia meliora ſunt vbera eius vino: verbum eſt ſponſi eccleſiam commēdantis: ſiue de duobus preceptis dilectionis: e quibus elicitur lac refectionis pure: ſuperātis vinum mundane delectationis. Siue intelligatur de duobus teſtamētis ſcripture. Unde exprimitur lac doctrine excedentis ſecularem omnē ſciētiam. ¶ Secunda regula eſt de corpore domini myſtico vero ⁊ ſimulato. Eccleſia enim ē ſagena nondū tracta ad littus: ꝯtinens piſces bonos ⁊ malos permixtos: ſed ſepandos ab inuicem in fine mundi: vt dicitur parabolice Mathei. xiij. Et ideo in ſacra ſcriptura mali commendantur cum bonis quibus ſunt permixti ſicut Oſee. xi. Iſrael ⁊ dilexi eam. Et econuerſo: aliquādo boni vituperantur cum malis: ſicut Iſa. i. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum: ⁊ aſinus preſepe dñi ſui Iſrael autē nō cognouit me. Aliquando in eodē cōtextu exprimitur quid ad bonos pertineat qđ ad malos: ſicut Canti. i. Nigra ſum ſed formoſa ſicut tabernacula cedar: ſicut pelles Salomōis Uerba ſunt ſponſe eccleſie: que ratione maloꝝ dicitur nigra: ⁊ rōne bonorum formoſa. Et qđ ſubditur ꝓ exemplo. Sicut tabernacula cedar hoc refertur ad malos. Ex cedar enim deſcēderunt ſarraceni nigri vicijs. Quod additur: ſicut pelles ſalomonis: applicatur ad bonos. Salon ſignificat hic deum. Pelles tabernaculi qđ poſtea trāſiuit in templum quibus cooperiebatur iacinctine ⁊ rubricate ſunt virtutes ſapie ⁊ charitatis: que operit multitudinē peccatoꝝ. ¶ Tertia regula eſt de ſpiritu et littera: ſm ꝙ accipitur ſub eadem littera ſenſus hiſtoricus et myſticus: quia veritas hiſtorie eſt tenenda: et ad ſpiritualem ſenſum referēda. Sicut apoſtolus loquēs ad Gal. iiij. dicit Is qui ſm carnem natus eſt. i. iſmael: perſequebatur eū qui ſm ſpiritum natus eſt. i. Iſaac: trahendo eū ſeu alliciendo ad malū Et figurat ſpiritualiter malos in eccleſia perſeq bonos: ſaltem moribus prauis. Poteſt etiam aliter exponi dicta regula: vt referatur vtrūq̄ ad ſenſum litteralem tantum: qui q̄nq̄ eſt duplex. Sicut illud ꝙ dñs dicit. i. paralip. xvij. Ego ero illi in patrem et ipſe erit mihi in filium: hoc intelligitur ſm litteram de Salomone et de chriſto: vt dictū eſt ſupra. Sed prout intelligitur de xpo poteſt eſſe ſenſus ſpiritualis ſm quid: inquantū ſcilicet chriſtus fuit figuratus in Salomone.

¶ Quarta regula eſt de ſpecie et genere ſeu de parte et toto: cum de vno tranſitur ad aliud. Sicut Iſa. xiij. Primo loquitur contra babilonem ſpecialiter cum dicit. Onus babilonis. i. flagellum et malum inducendum ſuper talem ciuitatem: et tranſit ad intelligendum verbum de toto mundo generaliter per hoc qđ ſubditur. A ſummitate celi dominus et vaſa furoris eius: vt diſperdat oēm terrā. Poſtea reuertitur ad loquēdum de ciuitate illa babilonie ſpecialiter cū dicit. Ego ſuſcitabo ſuper vos medos: qui argentum nō querant: quia ſcilicet darius medus cū nepote ſuo cyro cepit babilonē: et interfecit Bal

ſbaſar regem eius. Dani. v. ¶ Quinta regula eſt
de tpibus: que ↄtingit quadrupliciter. Uno mō
p ſynodochē: qn̄ ponitur pars tpis p toto, ſicut in
euangelio: cū xp̄s dicitur fuiſſe in ſepulchro tri
bus diebus ꝛ tn̄ prima dies ꝛ vltima nō fuerūt
complete. Secūdo modo ꝑpter minutias tēpo
ris que aliquādo computatur: aliqn̄ omittūtur
Et ſm ſcripturā loquens de aliquo numero an
noꝝ in pluribus locis: aliqn̄ ponit plures annos
p̄dictas minutias ponēs. Alio loco pauciores p̄
dictas minutias omittēdo. ¶ Tertio mō ↄtingit
eo ꝙ computatio annoꝝ incipit in vno loco ſcri
pture a priori tpe: in alio loco a poſteriori. Sicut
Gen̄. xv. dictum fuit Abrahe. Semen tuū futuꝝ
eſt peregrinū quadringētis annis. Et Exod. xij.
dr̄: ꝙ manſio filioꝝ iſrael in egypto fuit quadrin
gentiſtriginta annis: qꝛ computatio huiuſmodi
maioris numeri īcipit a tpe quo dictū fuit Abra
he. Gen̄. xij. Egredere de terra tua. Computatio
vero minoris tpis īcipit a natiuitate Iſaac que
fuit. xxx. annis poſt egreſſum Abrahe de ara.
¶ Quarto mō ↄtingit eo ꝙ ſcriptura loquit̄ de
futuro p modum preteriti: vt illud Iſa. ix. Par
uulus natus ē nobis. Et hoc ē ad denotandum
certitudinē ꝑphetie cuius euētus de futuro eſt
ita certus ſicut ſi iam p̄teriſſet. Et hoc eſt ꝑpter
certitudinē diuine p̄ſcientie: ex qua fit reuelatio
ꝑphetis. Aduertendum tn̄ ꝙ predictus modus
locutionis habet locū in ꝑphetia p̄deſtinationis
ſeu p̄ſcientie: non in ꝑphetia cōminationis q̄ fre
quēter mutatur: vt pꝫ in exemplo Ezechie. Cui
dictū fuit. Diſpone domui tue: qꝛ morieris ꝛ nō
viues. Iſa. xxxvi. Et in Niniuitis. ¶ Sexta re
gula ē de recapitulatione ꝛ anticipatione. In ſa
cra enim ſcriptura non ſemp eodem ordine ge
ſta ꝛ facta ſcribūtur quo fuīt: ꝛ ideo qn̄ preponū
tur poſteriora dicitur anticipatio: qn̄ vero fit ecō
uerſo. i. priora poſtponūtur dr̄ recapitulatio: ſic
Gen̄. x. dicitur. Ab his diuiſe ſunt inſule gentiū
in regionibus ſuis: vnuſquiſqꝫ ſm linguam ſuā
Et poſtea. c. xi. dicitur. Erat aūt terra labij vnius
ꝛ ſermonū eorūdem. Ex quo patꝫ ꝙ illud qd̄ dr̄
in. x. c. de diuiſione linguaꝝ: dicitur p anticipati
onē. Similiter Gen̄. ij. poſtqꝫ Moiſes deſcripſe
rat creationē celi ꝛ terre ꝛ ornatum eorū: poſtea
ſubdit. Iſte ſunt generationes celi ꝛ terre: quod
eſt p recapitulationē. ¶ Septima regula eſt de
demone ꝛ eius corpore: vt dicit. b. Gre. in omel.
Certe omniū maloꝝ hominum caput diabolus
ē: ꝛ omnes iniqui ſūt mēbra eius. Et ideo ꝑpter
connexionē capitis ad mēbra: ſcriptura loquēs
de vno: in eodem contextu tranſit ad loquendū
de altero. Sicut Iſa. xiiij. loquens de rege babi
lonis. ſ. Nabuchodonoſor: qui erat diaboli mē
brum tranſit ad loquendū de principe demonū
cum ſubdit. Quō cecidiſti lucifer qui mane orie
baris. Et Ezechiel loquēs de principe tyri quo
dam tyrāno malo trāſit ad loquendū de diabo
lo cum ſubdit. Tu ſignaculū ſimilitudinis plenus
ſapientia ꝛ perfectus decore.

¶ De multiplici vtilitate ſacre doctrine. c. iij.

Et erit tanquā li
gnum. qd̄ plantatum eſt ſecus decur
ſus aquaꝝ: qd̄ fructum ſuum dabit
in tempore ſuo. Loquens ꝑpheta ſiue dauid: ſi
ue Eſdras ſm Nico. de lira in hoc p̄s. primus ꝓ
logo pſalmoꝝ de viro iuſto ꝛ ſpe beato: ꝓprieta
tes eius deſcribit aſſimilās eū arbori iuxta aq̄s
velociter currentes exiſtenti tpe congruo fructi
ficanti: vt humilitas eius inſinuetur: qꝛ in terra
radicata. Studioſitas īdicet̄: quia iuxta aquas
ſituata. Opoſitas ſancta manifeſtetur in fructifi
catione declarata. Neqꝫ enim tumidi penetrare
valent ꝓfunda ſcripturaꝝ ſanctaꝝ. Sed vbi fue
rit humilitas ibi ꝛ ſapientia. Teſte ſapientiſſimo
Salomone: q̄ humilitas ab humo d̄riuata ſe re
cognoſcere facit puluerem ꝛ limū: ibi figens ra
dices cogitationū. Quas eniꝫ allophili demonū
obſtruere niterentur: quos fodiebat puteos iu
ſtos Iſaac p ſeruos ſuos. ſ. cogitatōnes ſuggerē
do: errores vel elationes: non tn̄ p̄ualuerunt qn
p̄ſeuerans ꝑueniret ad aquam viuā: quā voca
uit abundātiaꝫ. ſ. virtutū que maxime in ſacris
ſcripturis rep̄itur. Et iō iuxta has aquas planta
tur mens eius vt aſſidue has hauriat in gaudio
de fontibus ſaluatoris. O qs vnqꝫ narrare pote
rit ꝓfunditatē: vtilitatem: multiplicitatē: ſuauita
tem haꝝ aquaꝝ. Si quidē atteſtante Caſſiodoro
ſup p̄s. Omnis ſplēdor rhetorice eloquētie: oēs
modi poetice locutionis: q̄libet varietas decore
ꝓnunciationis: a diuinis ſcriptoribus ſūpſit ex
ordium: vn̄ ꝛ mox populi illius doctor ꝛ rector:
cui in figura omnia ↄtingebāt: eductus de aq̄s
egyptioꝝ doctrinaꝝ q̄bus fuerat imbutus: ebu
liētibus ranas garrulas dialeticoꝝ: ſm Origen̄.
ↄuerſis etiā in ſanguine incentiuoꝝ libidinuꝫ et
erroꝝ in deſerto eccleſie populū ſitientē ad aq̄s
ſalutares adduxit: que ꝛ ſi amare prius fuerant
ꝛ impotabiles in ſup̄ficie lr̄e occidētis ſuaues fa
cte ſunt miſſo in eis ligno crucis: ita vt oīs popu
lus ſapientū biberet ꝛ iumenta ſimplicium. Ad
has ſuauiſſimas inuitabat Iſa. dicēs. Oēs ſapi
entes venite ad aquas. Qd̄ xp̄s ardentius agēs
clamabat in templo dicēs. Si qs ſitit veniat ad
me ꝛ bibat. Io. vij. nā qui biberit ex aqua quā
ego dabo ei: doctrina. ſ. euangelica gr̄a ↄtinente
n̄ ſitiet in eternū: ait idē ſamaritane. Io. iiij. Pre
ſuauitate eius mundanoꝝ ſiti extincta. ¶ Mul
tiplicitas ſenſuū eius ſignificatur in fluuio padi
ſi voluptatis irrigādi: lingua eius qui ad nos d̄
ſcendēs diuiditur in capita. Ipſa. n. ſapientia di
uinoꝝ que beatos continue erigat nobis reuela
ta in ſcripturis in quatuor ſenſus diſtinguitur:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

litteralem:allegoricum:moralem: ⁊ anagogicū:
quibus inberetes ſitim nr̄am temperemus. Et
ſic ſpūs dn̄i ferebat̄ ſup̄ aquas. Gen̄.i. ad variā
dū intellectū eaꝝ. In his aquis Jacob mittebat
virgas populeas ⁊ amigdalinas ꝑtim decortica
tas:vt in aſpectu eaꝝ oues potantes ꝯciperent ⁊
parerent fructus varij velleris reſperſos : quia
doctores eccleſie ſententias i ſcripturis poſitas
ꝑtim ſm̄ litterā:ꝑtim remoto cortice ſenſus my/
ſticos ꝑpl'is ſibi ſubditis debent ꝓpinare:vt fru/
ctus bonoꝝ opeꝝ varios debȝ t̄pe ſuo. Per hāc
aquam ſapie ductus in ſpiritu ezechiel ꝓpheta:
ad inſinuandū in ea ſucceſſiuos ꝓfectus. Prio
ipſa apte ſunt plante eius. Secūdo genua vltra
ꝓcedenti:exinde renes. Demū tanta inuenta eſt
ꝓfunditas vt tranſuadari non poſſet. ¶.§.I.

# Utilitatem earum et

quot fructus ex ipſis ꝓpinatis ⁊ hauſtis nullus
poterit ſufficiēter enarrare. Juxta aquaꝝ fōtes
nōne patriarchaꝝ: Iſaac: Jacob:moiſi:ſponſalia
cū rebecca:rachel: ⁊ ſephora hūerūt initia: vt in
telligimus ſm̄ Orige.illud impleri Oſee.Deſpō/
ſabo te mihi i fide iuxta aquas ſcripturaꝝ ſacra
rum.Fides enim ex auditu. Auditus aūt ꝑ ver/
bum dei quod in omnē terraȝ exiuit. Ro.x. In
aq̄s maris ſubmerſo pharaone cū exercitu ſuo:
tranſit ꝑpl's dei liberatus ab eo:domino decan/
tans.Exo.xvi. Omnia quideȝ flumia doctrinaꝝ
in mare ſcripture intrāt: ⁊ ip̄m mare n̄ redūdat:
vt dicit̄ Ecc̄s.i.in aliquid ſupfluitatis.Et in aq̄s
huius maris ꝯfregit deus capita draconis infer
nalis:teſte dauid. In cuius figuram ipſe cū lapi
dibus ſumptis de torrente aquarum funda ia/
ctatis immanem Goliath ad ſolum proſtrauit.i.
Regū.xvij.qđ impletū eſt quādo chriſtus for/
tis robore et decorus aſpectu ſathanā temptati/
onibus pugnātem: auctoritatibus ſacre pagine
deuicit ad plenum. Mathei.iiij. In iordanicis a
quis huius ſacre ſophie :mundatus eſt a lepra
errorū et viciorum Naaman populi gentilis:
nō in fluuijs damaſcenis Abana et Pharphar
ethnicorū doctrinis vt arbitrabatur.iiij. Re.v.
Jam vos mundi eſtis propter ſermonē quē lo/
cutus ſum vobis: inquit veritatis magiſter Jo.
xiiij. ¶ Hec eſt piſcina in pomerio mundiali: ad
quā deſcēdens Sunnana pulchra nimis ſacro
ſācta videlicet eccleſia: nō hn̄s maculam neque
rugā:ſe refrigerat cōtra eſtus laborū et tempta/
tionū. Sed duo falſi ſenes pleni mutua cogitati
tione:ſcribe et phariſei:quia noluit miſceri cum
eis:perfidie eoꝝ aſſētiēdo:eā de adulterio accu/
ſant ſpiritali:q2 chriſto adheſit quē apprehēde/
re nondū valuerūt :et morte eterna iudicāt con
demnādaȝ.Daniel aūt puer qui natus eſt nobis
demū ꝯuincet in fine: de teſtimonij falſitate. Ge
henne applicādos.Dan̄.xiij. In hanc piſcinā hie
roſolymitanam poſt deſcēſionem in eam magni
conſilij angelo myſteria eius per incarnationeȝ
implendo:quicūq̄ deſcēdit in vnitate fidei et di
lectionis:ſanatur a quacūq̄ detineatur anime
infirmitate. Joan.v. Et nō ſolū cōtractus :ſed et
cecus natus ad ſanatoria ſiloe illuminatus eſt.
Joā.ix. Inuenit onā aquas calidas in deſerto a
ſinas paſcēs. Gen̄.xxxvi.q2 dū ſimplices ⁊ humi
les cogitatiōes nō elatas fouet in ſolitudine ex/
teriori ⁊ interiori:ſecū meditās doctrinā ipſā:ex
peritur dilectione feruētē. Ad h' humorē imit/
tit deus radicē fidei in hoīe:qđ patuit in eunu/
cho cādacis regine ethiopū. In curru enim ſuo
per deſertū trāſiēs ⁊ legēs Iſaiam prophetā de
mū ad aquā veniēs credēs baptizatus eſt: ⁊ iuit
vias ſuas gaudens.ecc̄i. Nonne ⁊ aq̄ multiplici
tate in expoſitiōibus eleuauerūt archā eccleſie:
ſeu animi in ſublimi ꝯtēplatiōis ⁊ ſpei. Gen̄.vij.
vt ſitiat ad deū viuuȝ ſicut deſiderat ceruus ad
fōtes aquaꝝ. Et ſicut audiuit ita ⁊ videat in ciui
tate dn̄i virtutū .Deniq̄ aqua ſapiētie ſalutaris
potauit dn̄s electos ſuos:que docet ſobrietateȝ:
prudētiā:iuſticiā: ⁊ virtuteȝ: quibus nil melius
in vita hoībus. Sapi.ix. ¶ Puteus eſt aquaruȝ
viuētium iſte liber vite:que fluunt impetu de li
bano ſupne ſciētie:q2 recreatus helias ſubcine
ricio pane viriliter ābulauit vſq̄ ad montē dei
iij. Re.xix. Bibe ergo aquā de ciſterna tua:vt ꝓ
teſtatur ⁊ hortat̄ ſapientiſſimus Salomō puer.
v.q̄ de celo deſcēdit. Nam fons ſapiētie verbuȝ
dn̄i i excelſis.Ecc̄i.i. Et fluēta putei tui q̄ ſūt glo
rioſe ſanctoꝝ doctoꝝ doctrine deriuētur fontes
tui foris:q2 hec eſt q̄ ſparſa colligit̄: erogata re/
uertit̄: ⁊ publicata ſuſcipit incrementū. Et in pla
teis quo vniuerſi ꝯcurrunt aq̄s tuas diuide q̄s
arta loca n̄ capiūt:habeto eas ſol' ne ſit tecū So
crates: Plato. Ariſto. Homerus: Uirgilius vel
naſo: Tullius: Uaro vel Anneus. Hi.n.ſūt alie
ni q non debent eſſe ꝑcipes tui. Ita expōit Jo.
do.car.vel habeto eas ſolus rumināđo ⁊ operā/
do. Nec cōmunicet alienus lucra vel honorē et
gloriam ſeculi inde expectando. ¶.§.II.

# Quot fructus arbor

rationalis plantata iuxta aquas ſcripturarū ſan
ctaꝝ faciat:pulcherrime oſtēdit Hiero.in ꝓlogo
pſalmoꝝ dicens: Hic habet infans quid lactet.
Puer quid laudet. Adoleſcens qđ corrigat. Iu
uenis quid ſequat̄. Senior qđ precetur. Hic di
ſcunt femine pudicitiā. Populi inueniunt pieta
tē: Uidue iudicē: Pauper ꝓtectorē: Aduene cu
ſtodem. Hinc inueniant reges qđ audiant. Iudi
ces qđ timeant. Hec triſtem ꝯſolatur. Letū tem
perat: Iratū mitigat. Pauperem recreat: Diuitem
vt ſe cognoſcat increpat. Omnibus ſe ſuſcipiēti
bus apta medicamēta tribuit:nec peccatorē de
ſpicit:ſȝ per pn̄iam remediū ei ingerit. Poſt hec
deus oſtēditur. Simulacra irridenť. Fides aſ
ſerit̄ : Perfidia repudiat̄. Juſticia ingreditur,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Prohibetur inquitas. Miſericordia laudatur:
crudelitas abdicatur: Ueritas requiritur: Me/
dacium dānatur: Dolus accuſatur: Predicatur
penitentia. Pax ſequenda pmittitur. Spes cer/
ta nutritur. Sed qđ his omnibus eſt excellenti
us: xpi ſacramenta laudātur. Hec Hiero. In ea
repiuntur dei perfectiones ⁊ ibi narratis: vt om
nipotentiā in Geneſi: in mūdi creatione. Dei cle
mentiam in Exodo: ex liberatione in exitu iſra
el de egypto. Reuerētiam ⁊ maieſtatē in Leuiti
coꝝ ex ſacrificijs et cerimonijs. Eius patientiam
in li. Numeri. Fortitudinē in bellis Joſue. Lō
ganimitatem ⁊ miſericordiam in volumine Iu/
dicū. Prouidentiā in libris Regum ⁊ hiꝰ. Et ſic
de alijs ⁊c. Immo etiam quecūqꝫ ibi ſcripta ſūt
ad noſtram doctrinā ſcripta ſunt: vt per exēpla
⁊ dicta illorum qui ibi laudātur: curramus per
viam virtutū ad brauiuꝫ ſupne vocationis. Re
ſpice ibi ⁊ inuenies Abel deuotionē: Enoch con
templationem: Noe crudelitatem: Abrahe fide
litatem: Iſaac patientiam: Iacob prudentiam:
Joſeph caſtitatem. Moiſi charitatem: Phinees
ſanctam emulationē: Aaron deuotam oblatio/
nem: Iude audaciam: Joſue ꝯfidentiā: Otonis
rectitudinem: Saſonis fortitudinem: Booz eq̄
nimitatem: Samuelis integritatē: Job redargu
tiones: Thobie correctiones ſeu monitōnes: Da
uid miſericordiā: Salomonis penitētiam in ec/
cleſiaſten: Helie zelum pietatis: Heliſei telū eg/
tatis: Iſaie ſtabilitatem. Hieremie magnanimi/
tatem: Ezechielis rigorem: Danielis feruorem:
Matathie ſingultus: Iudeqꝫ machabei cultus:
Eleazari amorē patrie: Razie virorē latrie. In
nouo teſtamento xpi domini obedientiam: Ma
tris eius innocētiam: Petri longanimitatē: An/
gelorum exultationem: Pauli ſublimitatē. Ba/
ptiſte ꝯfeſſionem: Andree magiſteriuꝫ in cruce:
Jacobi deſiderium in luce. Joannis ſapientiam
Thome ſcientiam: Alpheidis iuſticiaꝫ: Philippi
refulgentiā: Bartholomei nobilitatem: Mathei
verā ſanctitatem: Simonis ꝯſtantiam: Tadei re
uerentiam: Mathie humilitatē: Marci ſinceri/
tatem: Luce vigilantiam: Barnabe eminentiam
Cum innumeris virtutibus legendis ⁊ tangen/
dis ī ſola philoſophia: quā deus ꝓ ſalute nr̄a di
gnatus eſt mundo miſericorditer reuelare: hec
Joan. do. cardi. in nocti luca. ¶ Sed conqueritᷣ
dn̄s per Hiere. dicens. Duo mala fecit populus
meus. Me dereliquerunt fōtem aque viue: cū
ſcilicet ſacram doctrinā: diuinam maieſtatē: gra
tiam virtutū: gloriam beatoꝝ: docentē ⁊ indocē/
tem: ⁊ foderūt ſibi ciſternas diſſipatas: ꝑ aquis
doctrinaꝝ infidelium: que continere non valent
aquas. In terra. ſ. mentis ſue curioſitatem con
ſtruentes: in qua colligant aquas errorum a po
teſtatibus aeris deſcendentiū: que continere nō
valent eas: quia inſatiabilis ē curioſitas hūana:
noua querens ⁊ nunqꝫ dicens ſufficit. Semper
enim tales ſunt addiſcentes: ⁊ nunqꝫ ad ſcientiā
veritatis peruenientes: vt ait apl's. Et ſicut ſiligs
porcoꝝ ſatiari nequibat ꝓdigus adoleſcēs: qui
ſubſtantiam ſuā diſſipauerat. ſ. doctrinis ethni/
coꝝ que inflant non nutriūt: vt exponit Hiero.
Et habetur di. xxxvij. Ita nec ſitum extinguunt
ſeu extinguere poſſunt his turbidis aquis.

¶ Doctrine gentilium philoſophoꝝ vel poetarū
non proſunt ad ſalutem. ¶ Ca. iiij.

Verūtamen in di/
luuio aquarum multarum ad deuꝫ
non approximabūt. ps. xxxi. Ut ſcri/
bitur Geñ. i. diuiſit deus aquas que ſūt ſub fir
mamento: ab his que ſunt ſuper firmamentum
Et ſuper firmamētum aque que ſuper celos cō
ſiſtunt: diuina ſcilicet oracula veteris ⁊ noui te/
ſtamenti: ⁊ diuiſe ſunt ab aquis doctrinarū mū
dialium que in terra obſcura miſcentur. Nam
aque ille ſuperiores: pagine ſacre limpidiſſime
ſūt: quia preceptum domini lucidum illuminās
oculos. Solidiſſime ſunt ⁊ vnite: qꝛ verba mea
non tranſibunt ait dominus. Luce. xxi. Aque q̄
ſuper celos ſunt: celum criſtallinum nuncupate
dominum laudant: eius magnitudinem inſinu
antes. Scrutamini ſcripturas ⁊ he ſunt que per
hibent teſtimonium de me. Joan. dixit deus hu
manatus ī terris. Aque vero inferiores doctri/
ne ſcilicet gentilium perfidorum: iudeorum: aut
hereticorum obſcure ſunt et turbide erroribus
immixte. ps. cxv. Omnis homo mendax. Nō ſta
biles: ſed confutate. Juxta illud Math. xv. Om
nis plantatio ſcilicet doctrine quam non planta
uit pater meus celeſtis eradicabitur: ⁊ non ſolū
ab vnitate vere fidei recedunt: ſed etiam a ſe in/
uicem diuiſe ſibi contrariantur. Non laudant
dominum huiuſmodi aque verum: ſꝫ falſos de
os ⁊ eorum ſcelera: querentibus eorum aucto/
ritatibus nō gloriam dei: ſed ꝓpriam. Hec ergo
quia aque multe non vnice: de veritate tractan
tes ſed multe: in erroribus diluuium generant:
diſſipans terram: qđ omnes extinxit viuentes:
niſi in archa eccleſiaſtice doctrine ſaluatos. Nō
ergo hoīes appropinquabunt ad deū vere intel
ligendū: aut diligēdum aut poſſidendū in dilu
uio aquaꝝ multaꝝ. Unde. b. Aug. in omel. ſuper
Joan. ait. Fuerunt quidā philoſophi de virtuti
bus ⁊ vicijs ſubtilia multa tractātes: diuidētes:
diffinientes: rationes acutiſſimas cōcludentes:
libros: implentes: ſapientiam ſuā buccis crepā
tibus ventilantes: qui etiā auderent dicere ho/
minibus nos ſequimini: ſectam nr̄am tenete: ſi
vultis hn̄ viuere. Sed qꝛ non intrabant ꝑ hoſti
um: perdere volebāt: mactare: ⁊ occidere: Dicāt
ergo pagani. Bene viuimus. Si per hoſtiū non
intrat quid eis prodeſt, vnde gloriantur? Ad hoc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

enim debet vnicuiq; prodeſſe bene viuere: vt ei
detur ſemper viuere. Nec bene viuere dicendi
ſunt: qui finē bene viuendi vel cecitate neſciunt
vel inflatione cōtemnūt. Non eſt aūt cuiq; ſpes
vera ⁊ certa ſemꝑ viuendi: niſi agnoſcat vitam q̄
eſt xp̄s: ⁊ per ianuam id ē fidem xp̄i intrēt in oui
le ſcilicet eccleſie. Querunt ergo plerūq; tales ꝑ
ſuadere hominibus: vtꝫ bene viuant ⁊ chriſtiani
non ſint: per aliam partem volūt aſcēdere ⁊ ma-
ctare: ⁊ perdere: non vt paſtor cōſeruare. hec be.
Aug. De autem in puerbijs. Aque furtiue dul-
ciores ſunt doctrine. ſ. ethnicoꝝ vel hereticoꝝ
que molles ſunt non ſoliō vt que ſuꝑ celos ſūt:
quia mollem faciunt animū: ⁊ ad delitias ⁊ laſci
uiam inducētes: que furtiue dicūtur: quia ꝓcio
ſam viri animam rapiūt his potatam. Vel quia
ſi qua vera illi dixerūt: furati ſunt ab alijs: ſibi
gloriam nō deo aſcribentes: vel quia legi vetite
cōtter ſunt: diſtin. xxxvij. epiſcopus. Ideo dulci-
ores vidētur ꝓter ornatum eaꝝ delectantem: tū
quia nitimur ī vetitum ſemꝑ cupimuſq; negata
Sed nouiſſima eius amara quaſi abſynthium
ad ꝑductionem ducendo. Propter hoc enim gi
gantes qui fuerūt magni mundana ſapientia ge
munt ſub aquis vt ſcribit Job gemitu ſempiter
no. Et ſi igitur omnis ſanctus xp̄i ſanguine tinc-
tus oret in tp̄e oportuno ſcilicet huius ſeculi ꝓ
hac remiſſione peccatoꝝ obtinenda de qua pre
dixerat: veꝝ in diluuio aquaꝝ huius doctrinaꝝ
fallacium nō appropinquabūt eam obtinendo:
quia ꝓ ea non exorant deū penitentiā ignoran
tes. De ph̄is ethnicis loquens ap̄ls ad Ro. i. di
cit. Obſcuratū fuiſſe cor eoꝝ ⁊ traditos in repro
bum ſenſū. Repletos cum ſectatoribus ſuarū
doctrinaꝝ omni iniquitate: ſubdēs ex ipſa gene
ralitate. xxi. ſpēs eius: cōcludens ꝓpter hoc di
gnos morte. ſ. eterna. Et Policratus li. vij. c. ix.
Cum dixiſſꝫ poetas: hiſtoricos: oratores: mathe
maticos eſſe legendos: nocumentum exinde ſe
quēs exprimit dicens. Cū hi in ius ſuū vēdicāt
animum: ſi polliceātur noticiam reꝝ: virtutis m̄
deducent ⁊ ſubmouent cultū. Vn̄ ⁊ Cicero cum
de poetis ageret vt diligētius audiat exclamat.
Clamor ⁊ approbatio populi: q̄ſi magni ⁊ cuiuſ
dam ſapientis magiſtri: ⁊ qui ad cōmendationē
ſufficiat plauſu ſuo quos vult facit auctenticos
Et illi qui tantis efferūtur quantas obducūt te
nebras q̄s metus inuehunt: quas inflāmant cu
piditates. Hi ſtupra adulteriaq; ꝯciliant: varias
doli reparant artes: furta: rapinas: incendia do
cent. Que ſunt vel fiunt aut fingi poſſunt: mala
exempla ꝓponunt oculis multitudinis imperite
Que incendia celi ſucceſſi: aut maris inundatō
aut terre hyatus: tantas fecit populoꝝ ſtrages:
quantas iſti faciunt motiones ⁊c̄. Iſido. etiā in
li. de ſūmo bono ait. Ideo ꝓhibetur chriſtianus
figmenta legere poetaꝝ: quia nimirum mentem
excitant ad incētiua libidinum. Et non ſolū thu
ra offerendo demonibus immolātur: ſed eoꝝ
dicta libentius capiēdo: di. xxxvij. Narrauerūt
mihi iniqui fabulationes inquit pſ. ſed non vt
lex tua: videte ne decipiamini per philoſophiā
ait ap̄ls ⁊ inanem fallaciam.

¶ §. I.

## Nota ſecundum Ioā.

Dominici cardi. vbi ſupra: q̄ vera philoſophia
in tribus conſiſtit ſcilicꝫ. In religione: moribus
⁊ doctrina. Si enim philoſophia eſt diuinarum
humanarūq; rerum cognitio ſeu creaturarū
creatoriſq; vtilis inq̄ſitio: conſtat quia iuxta pla
tonis ſententiam in tres partes diuiditur ſcilicꝫ
Diuinalem: moralem: ⁊ rationalem. Primam di
xerunt theologicam. Secundam ethicam. Ter
tiam rationalem logicam. Prima ſpiritum accē
dit: ſecunda dirigit vitam: tertia perficit natura
liter intellectum. Primam tradūt in methaphy
ſica: ſecundam in ethica: tertiam in phyſica peri
pahteticorum doctores. Prime partis nouimꝰ
cultorem platonem vel potius Hermetem. Se
cunda magnuꝫ Socratem veneratur patronū.
Tertia ſumme ampliauit Ariſtoteles. Plotinus
vero philoſophus ſingulis partibus inſudauit
Et idem eſt: q̄ apud platonem philoſophiam di
uidi. In moralem que ī actione verſatur. In na
turalem que contemplationi deputatur: vn̄ ſub
ea theologica comprehenditur: ꝑut ex natura ⁊
ꝓprietate creature cognoſcitur creator. Et ratio
nalis qua verum a falſo diſcernitur: vt teſtatur
bea. Auguſti. xviij. de ciuita. dei. Et ſub rationa
li comprehēditur triuium ⁊ quadriuiū id eſt ar
tes liberales. Sub morali ſciētia iuris compre
hēditur. Nam medicina ſub naturali. Alij tamē
diſtinguūt naturalem que eſt de naturis reruꝫ:
que ſpectat ad phyſicam: theologia que agit de
deo: angelis: demonibus: ⁊ hꝰ. que tāgere vide
tur mathaphyſica.

¶ §. II.

## Quod philoſophia moralis gē

tilium non ſit vera philoſophia: ⁊ ipſius philoſo
phie auctores nō fuerunt veri philoſophi. Pro
bat Joannes do. in noctiluca ſic. Ethica eſt vir
tus moralis aut eius peritia ⁊ ethicuſ moraliter
virtuoſus exiſtit. A virtute vero et peritia eius
omnis error excluditur: vicium nanq; naſcitur
de errore hinc puto dictum in ethica mūdi. Om
nis malus ignorās. Ad ethicum aūt pertinet n̄
ſolum finem ꝓpter quem oīa eſtimantur fienda
inquirere: ſed etiā inuenire: ⁊ circa inuentū non
errare. Nullibi enim ꝑiculoſius erratur q̄ꝫ cuꝫ
de vltimo fine tractatur. Paruus. n. error in ꝑn
cipio maximus ē in fine. Ethice. n. ꝑncipiū: eſt vl
timi finis rimatio finis ꝙ totū inductio. Om̄es
aūt illos ethnicos ph̄os ⁊ poetas ⁊ rhetores: cir
ca diuinitatē multipliciter erraſſe n̄ eſt dubium
q̄ꝫuis vltimū finem deſcripſerint. Simili mō di
ci pōt om̄es illius ethice ſcriptores philoſophos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dici non poſſe:qui a noticia veri dei fuerunt ex
tranei aut plurimū errauerūt. ¶ Preterea mo
ralem philoſophum omnes dixerūt:cuius vita
doctrine concoꝛda ꝛ eam moꝛti neceſſario diſcri
mini parat. Unde apud Macrobiū de ſōno ſci
pionis Pictagoꝛa ꝛ plato dixerunt philoſophiā
meditationem eſſe moꝛtis:quotidie de carcere
coꝛpis intentam anime educere libertatē. Tota
philoſophia Cicerone referēte:ait Cato:ſiue phi
loſophoꝝ vita cōmendatō moꝛtis eſt:nam quid
aliud agimus:cū a voluptatibus coꝛpis:ait Tul
lius:ꝛ a re familiari que eſt miniſtra coꝛpis:et a
republica animū reuocamus:maximeqꝫ a coꝛ/
poꝛe abducimus:ſecūqꝫ eſſe cogimus animū a
coꝛpe ſecernere:nil ē aliud ꝙ̄ moꝛi diſcere. Cur
rat huc moꝛalis ſeneca dicēs. Facere docet phi
loſophia non dicere. Et hec exigit:vt ad legem
ſuam quiſqꝫ viuat:ne oꝛōni vita diſſētiat. Huic
iūgatur bea. Greg. philoſophus naçan. grecus
in apologetico dicens. Pꝛima ſapientia vita lau
dabilis eſt. Ille mihi ſapiēs videtur:qui pauca
de virtute animi ꝓloquiť:plura aūt in ſuis opi
bus oſtendit. Et Tullius in pmo de officijs ait.
Uirtutis oīs laus in actione conſiſtit. Adijciať
ad hoc ꝙ virtutes omnes ſunt cōnexe:vt q vna
caret:omnibus ſit vacuus:ſm magiſt. ſen. in. iij.
Omniſqꝫ virtus vni alicui vicio ꝯtrarietur. Cū
qꝫ contraria ſimul ineſſe non valeant:q in vno
offendit multa perdet:vt dicitur Eccē. quia vir
tutem illa vicio contrariā:ꝛ per ꝯſequens alias
ꝓpter connexionē. Addatur ꝛ illud:quia ſm. b.
Aug. vbi deeſt cognitio eterne ꝛ incōmutabilis
veritatis ſcilicet ꝑ fidem:falſa eſt virtus in opti
mis moꝛibus. xviij. q. i. Sed omnes gētiles phi
loſophi ethici caruerunt fide:ſpe:ꝛ charitate. Et
ſi virtutes moꝛales et pulchꝛe depinxerūt:mul
ta tamen eis contraria peregerunt:vt eas vere
non haberent. Nam ꝛ ſupbie iactātie:inani glo
rie:cupiditati:laſciuie:mendacijs:detractōnibꝫ
adulationibus:idolatris nigromantie repiunť
dediti:vicia ipſa in libꝛis ſuis deteſtabātur:ſed
opibus eoꝝ inſiſtebant. Nam Ariſtoteles ſuoꝛū
anteceſſoꝝ gloꝛie ꝛ laudis cupidus:libꝛos alio/
rum āte ſe ſcribentiū excerptis floꝛibus dicitur
comburi feciſſe:opa ſui diſcipuli magni Alexā/
dri vt ſolum nomen ſuū vocaretur in terris. De
Demoſthene maximo oꝛatoꝛe dicit Tullius. Le
niculus ſane noſter Demoſthenes:q ille ſuſur/
ro delectari ſe dicebat confitentis mulier cule vt
mos eſt in grecia. Hic ē ille Demoſthenes. Quid
hoc leuius. Item dicendus ne eſt philoſophus
Demoſthenes:qui plus dicebat ſe lucratū fuiſſe
tacendo ꝙ̄ alij peroꝛando:ꝛ ita auaritie deditꝫ
vt per phas ꝛ nephas magnatis pareret. Goꝛgi
as grecis de pace ſcribens ꝛ peroꝛās domi ſicut
leo rugiens moꝛabatur:vt dicit Hieron. contra
Iouinianum. Quid de mirabili Apuleio diceť:
qui cum de demonibus vera ſentiret ꝙ eſſent
iniqui verba ſcribere renuit ne offenderet coꝝ
cultoꝛes. Cynicos quoqꝫ a caninos pſ̄e illo no/
bili diogene nemo negabit inter ſancte philoſo/
phie nomine venerādos:quos gentiles philoſo
phos vocant:in hoc ꝑcipue diſtinctos a ceteris:
quo omni pudoꝛe depoſito:cū quodam abſalo
ne patricida ꝛ qbuſdā modernis hypocritis:pa
lam ꝛ vxoꝛes cognoſcendas dicebant. Iſti vero
ꝯcubinas ſiue deuotas ꝓtulere verbis:homīes
illi modeſtiā:ꝯtinentiam:patientiāqꝫ ſermonibꝫ
multis atqꝫ politis:que ſi factis impugnant phi
loſophi non fuerunt. Uereoꝛ hic Ariſtotelem in
aſellū mutatū ſubdere femine ꝛ ſarcinam taleꝫ
poꝛtare. Multaꝝ turbaꝝ video mihi imminere
certamen:ſi dixero ixpatum Uirgilium:quem
Iuuenalis ō vicio innominādo ſigillauit. Quid
ſi faſſus fuero Ciceronē in multis culpandū:et
depꝛauatū Saluſtium audite de eo dicentē:ho/
mo leuis:ſupplex inimicis:amicis ꝯtumelioſus
nemini fidus. Senatoꝛ leuiſſimus:patronꝰ mer
cēnarius:cuius nulla pars coꝛpis a turpitudie
vacat. Lingua vana:manus rapaciſſime:gula
īmenſa pedes fugaces:ꝛ que honeſte nominari
nō poſſunt inhoneſtiſſima. Audite ꝛ vos Salu/
ſtiani Tulliū ei reſpondentē. Non qui ita viuit
vt tu:inquit:aliter ꝙ̄ tu loqui potes. Nec q ita
illo te ſermōe vtitur:vita honeſtioꝛ eſt. Sepius
vidi grauius offendere animos auditoꝝ coꝛuꝫ:
eos qui aliena apte dixerūt:ꝙ̄ eos qui vicia cō
miſerunt. Si qui aūt volētes eos excuſare a ta
libus vicijs dixerint eos fuiſſe emulos:ꝛ ideo ī
alterutꝝ inuexiſſe ꝛ fuiſſe mentitos acquieſcať
coꝝ ſententijs. Sed quia totius philoſophie ro
bur:vt ait Plato:patientia eſt. Unde quidā re/
ſpondēdo maledictis:quibus non parū fuerat
mutus:ſe non eſſe philoſophū apud toꝛquatuꝫ
ꝓdit. Hos ego phōs nego qui infamationibus
vel diffamationibus ſine rōnabili cā ꝓximos la
cerarūt. Mentiūtur hiſtoꝛici miſericoꝛdiā viciū
foꝛe ꝓpter paſſionem triſticie aſſiſtentem:ꝛ ſe li/
cite occidere poſſe vt euadant coꝛpis penas. Er
rant achademici incerta cuncta ponētes:ꝛ non
multo minus pipatetici omnē noſtram ſciētiā
a ſenſibus oꝛtum habere dicentes. Ita Uirgili
us Platonem aliqualiter ſequēs mentitus eſt:
omne vicium a coꝛpe oꝛiginaliter pullulare:oꝛi
ginale peccatū nō credens:vbi ait. Igneus ē illꝭ
vigoꝛ ꝛ celeſtis oꝛigo. Seminibus ꝙ̄tum nō no
xia coꝛpa tardant. Terre inique hebetant artus
moꝛibūdaqꝫ membꝛa. ¶ Sepe falſa ſcribūt iſti
hiſtoꝛici vel moꝛales:fauoꝛe:odio:vel amoꝛe.
Hinc. b. Hierony. fatetur philoſophos expꝛeſſe
mentitos vbi ſcripſerūt Socratem ſemp eundē
vultū habuiſſe:ventū eſt ad tantuꝫ erroꝛum:vt
chꝛiſtianus palā ꝛ impune:immo cōmendatio/
ne ſtipatus:ſequatur ariolos ꝛ magos demonū
qꝫ cultoꝛes:ꝙ̄s omniū parēs iuſſit a terra extir/
pādos. Nigromāticus equidē pictagoꝛas fuit:

credimus Aug. Socrates vero cūctis determi
nationibus ſuis: demonis ꝓferebat reſpōſa. Iu
re autē canonico quiſq̄ familiaris demoni infi
delis cenſetur. xxvi. q. vij. Nō obſeruetis. Me
rito ergo ſancta philoſophia abijcit meretricu
los ab egroto Torquato: ſola ſanatiua eiuſdem
Nam ꝓbante. b. Aug. in. xviij. de ciui. dei. Littere
ſeculares ad bene viuendū non ꝯferunt: ſꝫ ſole
diuine: quas ⁊ ſi omnes morales dico ꝑcipue tū
demonibus recollectos tractatus in libris ſapi
entialibus editos: quos vtiq̄ omni exceptione
ſemota: veritate: ſentētijs: facilitate: vtilitate ꝑfe
ro ſingulis libris ⁊ dictis. A mercurio: Pictago
ra: Socrate: Ariſtote. Plotino. Varone: Tullio:
Seneca: ⁊ alijs ethnicis. Vn̄ ꝯcluditur ꝙ homi
nes in diluuio aquaꝝ multarum doctrinaꝝ ha
rum: niſi noticiam ⁊ fidem habeāt ſacre philoſo
phie vtriuſq̄ teſtamenti: ad deum nō appropinq̄
bunt. Quia regimen populoꝝ rectum in ſpūali ⁊
temporali ad moralem ꝑtinere videtur philoſo
phiam: qd̄ refert Torquatus dixiſſe Platonē:
Reſpublicas fore beatas: ſi eas ſapientes rege
rent: vel ꝗ ſapientie vacarent: hoc verꝫ eſſe faten
dū eſt de vera ſophia: que in diuinis habet̄ non
in gentiliū libris. Diligite inquit Salomō Sap.
i. Iuſticiam qui iudicatis terrā ſentite de dn̄o in
bonitate ⁊ in ſimplicitate cordis querite illū. i.
ſine plica erroris ⁊ vicij: qbus ethnici ſapientes
qui reſpublicas gubernarūt abundabāt. Meū
eſt ꝯſilium: inquit ſapīa ipſa in ꝓuerb. Mea eſt
equitas. Mea eſt prudentia. Mea ē fortitudo.
Per me reges regnant: ⁊ legū conditores iuſta
decernūt. Ipe Salomō ꝗ ſapīam petijt a dn̄o ad
iudicandū populum ⁊ accepit: dū hec viguit rē
publicam dilatauit: ſpacio ꝟtutibus decorauit:
ſtabiliuit equitate: diuitijs ampliauit. Firmauit
pace: cultu extulit celeberrimo: ſicut Regū hi
ſtorie in lib. iij. tradunt. At vbi phie gentiū ani
mū dedit: ingrendo. ſ. doctrīa eoꝝ ⁊ eoꝝ cultus:
parata longo tpe cuncta in breui ꝯſumpſit quē
admodum in lib. Eccleſiaſten non ambigimus
recitare. ¶ Si qui ergo priſcis tpibus videtur
ex ethnicis principibus feliciter reſpublicas gu
bernaſſe ⁊ augmētaſſe: qui phie opam dederūt
⁊ copioſe apprehenderūt: vt Alexāder magnus
Africanus: Octauianus: Iulius ceſar primus:
Tiberius: Claudius: Nero: ⁊ q̄plures alij. Sci
endum primo: q: non vere phi. i. ſapientes fue
runt: niſi q: ſcientijs mūdi referti. Nam qūo ſa
piētes fuerunt: cū philoſophia ꝑncipaliter ꝯſiſtat
in rectitudine vite qua illi caruerūt. Alexandꝝ
nanq̄ auctores referunt furioſū ⁊ incontinentē
Ceſarem parem ferre n̄ poſſe: maximo elatū tu
more narrat lucanus. Ingluuiem ⁊ crudelitatē
Tiberij refert ſuetonius. Quis non deficiat reci
tando impietatem Caij. Impudicitiam rapinam
ſuperbiam ⁊ cetera vicia cum comeſtore. Extitit
Claudius timidus ſupra moduꝫ ⁊ turpiſſimus
ira. Nemo niſi inſipiens Neronem peſſimū fa
tebitur ſapientum necatorem. Inuidentiam gal
be ⁊ auariciam non admittit vera ſapientia. Oc
tauianus quo nemo ī mūdo felicior vicijs laſci
uie ſm̄ cronicas pluribus abūdauit. ¶ Exinde
male ſētit: quiſquis eſtimat reipublice ſpeculū
⁊ culmen ꝯſiſtere: per phas ⁊ nephas rape alie
na: ſicut prefati egerūt quos vulgus ꝑdicat glo
rioſos. Cedibus enim rapinis et depopulationi
orbis diuinitatis ignari illi vacabant. Iuuabāt
etiam eos ſpūs nequā: quibus multipliciter ſer
uiebant nutrientes hincinde principum ⁊ popu
loꝝ peccata. A quibus malis abſtinuerūt ſucceſ
ſores cognito xp̄o qd̄ eſt ad ſūmam rempublicā
deducere: vꝫ eam a vicijs purgatā virtutibus d
corare. Et ſi aliqn̄ fideles cum principibus ſuis
ab infidelibus oppreſſi ſunt: hoc ergo eos miſe
ricorditer egit diuina clementia: exigētibus de
meritū populoꝝ: ne in finem malis eoꝝ reſerua
tis: acerbius in futurꝫ ſeculum cruciarent̄. Nō
enim ſemꝑ oſculatur pater filiū: ait. b. Amb. ſed
aliqn̄ caſtigat. Ergo cū caſtigatur quē diligit̄ tūc
circa eum pietas exercetur. v. q. v. Sugāt. ergo
adoleſcentuli iuriū vbera: qui reipublice regimi
ni creſcūt: videāt plene patrū municipalia ſcripta
aduerſa patria vigilanti cura ꝯſiderent: aſſideāt
illam moleſte ducētibus. Diſcāt ſuos ciues ama
re: ⁊ ſui populi: cui expectātur preeſſe mores co
gnoſcant: vt tandē valeant corpus notū nutrire
creditū eis. Alioquin his omiſſis: quid ꝓderit
ad moderate regendū ſcire ſyderū curſus: vires
elementoꝝ: naturas aīalium: ꝓprietates herbaꝝ
tracum ſeuiciā: duritiā ſcitaꝝ: Saturni originē:
amores Veneris: victorias martis. Si dicatur
aſſueſcendū eſſe iſtis ⁊ illis: nō ſufficit etas: debi
le ingeniū: hec tria ſimul non capit: leges: philo
ſophiā: ⁊ regimen populorū. Sepe ꝯtingit nihil
ſcire eum ꝗ vniuerſa ſcire contendit. Neq̄ legi
mus philoſophos populi ꝑfuiſſe: nec populorū
prefectos philoſophie opam dediſſe. Socrates
honores ⁊ magiſtratus contēpſit. Diogenes ꝑn
cipum aulas: turbam hominū. Plato diuitias:
Anaxogaras multi viſum: Plotinus ad loca d
ſerta confugit. Item oportet principem eſſe con
ſtantē: quē fauor vel odiū: amor: ſpes: aut timor
aut queuis cupiditas n̄ cōcutiāt: hec cōſtantia ꝑ
cipue rectores firmat ad hoc vnum: vt ſubditis
vniuerſis intendāt. Et vt ait Greg. naçā. in apo
logetico. Reuera mihi videtur ars artiū ⁊ diſci
plina diſciplinaꝝ regere hominē qui certe eſt in
ter omnes animātes maxime ⁊ moribus varijs
⁊ volūtate diuerſus. Cū ergo vt ait magnus gre
gorius in paſtorali. Sepe dum ſuſcepta cura re
giminis cor diuerſa diuerberat: ⁊ impar quiſq̄
inuenit̄ ad ſingula: dū confuſa mente diuiditur
ad multa: patet clarius ꝙ idē non pōt ſimul re
cte ſtudio philoſophie ⁊ hoīm cure vacare. To
tum. n. hominē vtrūq̄ requirit. Si negligenter

domini cithareda ſpeculatõni celeſtium rerum
affixus pplm a deo ſibi cõmiſſum dixerit: ita vt
non corripuerit aliqñ paruum filiũ ſuum dicẽs
quare hoc feciſti: qui tamẽ erat grã plenus: quo
dicemus inferiorem quẽpiam hominem: ſimul
duobus actibus deſperatis intẽdere: vt ſũt phi
loſophie ſtudiũ: z ſedium ſceptra tenere. Quiqs
ſane palato cõtemplationis guſtat dulcorem: re
giminis nutrit ↄtemptum: z eiuſdem odiũ. Quẽ
aũt rectorem expectas: legibus z ↄſuetudine pa
trie reple. Mirabor laudans mirabilem deũ: ſi
videro folium qd̃ a vento rapitur: z nunq̃ʒ in eo
dem ſtatu pmanet vago flumini iunctio philoſo
phorum curioſe doctrine: tali curſu ↄſtantem eſſe
fectum. Hinc Petrus rauennas in ſermone. O
dibilius nihil eſt ſubtilitate vbi ẽ ſola ſubtilitas.
Quid enim pdeſt in illis expendere dies ſuos: q̃
nec domi nec milicie: nec in foro: nec in clauſtro
nec in curia: nec in eccleſia: nec alicubi pſũt niſi
in ſcholis. Scribens Seneca ad Lucillum ait.
Quid eſt inquit: acutius ariſta z in quo ẽ vtilis.
Tale eſt: inquit ingeniũ: ſola ſubtilitate laſciuiẽs
nulla in ſe reſidens grauitate: hec Pe. ¶ Neceſ
ſaria quoq̃ʒ eſt recta conſcientia z viciorũʒ odiũ
terrarum magiſtratibus. Unde beatus Grego.
in moral. Summus locus bene regitur z cũ is
qui peſt: potius vicijs q̃ʒ hominibus dominatur
Unde Caſſiodorus in pſalmos. Publici decorʒ
eſt mater mens regentis: z quale fuerit dominã
tis arbitrium; talem parit libertatis aſpectum.
Facilius quippe: ſi dicere phas eſt: errare natu-
ram quam diſſimilem princeps poſſit formare
rempublicam ¶. Vetuſti equidem dictum ſo-
cratis fuit. Qui multarum rerum poteſtatem ha
bet primum purgare ↄſciẽtiam debet: vt qui de
licta corrigit aliena non admittat. Non aũt taleʒ
conſciẽtiam formabit: que debeat fideles vrge-
re ad patriã: diuinas leges hũanis anteponere.
Spiritui ſubdere carnem: z opiniones pprias
eternis refrenare: vt que eſt a dño inſpirata ca-
tholica fides: quã iuxta eloquiũ Pauli: mundi
huius principatus non nouit. Ideoq̃ʒ ſi alia peri
tia legibus demptis: animos hominum ad regi-
men nutritorʒ expedit decorari fide cõi: pmiſſa
ſacra ſcriptura: horũ erit perfecta magiſtra: que
tribuit ſingulis caſibus oportuna remedia. Ca-
uendi ſunt ergo libri ethnicorum: qui exterius
nitent eloquentia verborũ: z interius vacui vir
tutis ſapientia manent. Ex predictis ergo pʒ: q̃
ad debitũ regimen regritur peritia legis: ↄſtan-
tia opis: z odium criminis: que eliciuntur ex ſa-
cris oraculis. In diluuio aũt aquarʒ multarum
ad deũ non appropinquabũt ad bene regendũ
ex doctrinis gentilium. ¶ §. III.

## Secundam partẽ phi

loſophie que dr̃ theologica cedens varoni ingt
Jo. do. car. vbi ſupra: diſtinguo in fabuloſaʒ ſeu
theatricam naturalem ſeu ſpeculatiuã: ſolis phi
loſophis ſpeculãtibus: vel in ſuis ſcholis diſpu-
tantibus reſeruatam. Et in ciuilẽ ſolis ſacerdo-
tibus z ſacrificijs cõmendatam. Prima ludit in
theatris in iniuriã deorʒ. Secũda ſtrepit in gym
naſijs aut mẽtibus timẽtium phorʒ. Tertia errat
in templis fauſtu demoniorʒ. Quero nũc ab au
ctoribus eius. Nũquid hec ſit illa pphetia que
dr̃ vera. Nempe poete q̃ deos criminibꝰ loque
bãtur ad populũ dici theologi: doctius neſciun
tur q̃ʒ ſciuntur: qm̃ ſua turpitudĩe mores inficiũt
veritatẽ impugnant: euertũt intellectũ. Sacros
infamãt z fidei fũdamina veriſſima ſyrenarʒ mo
re auribus prurietes: p viribus ſuis moliũtur
extiguere. Nam quo ad primũ. Si qs credide-
rit, poetis nondũ illo verſiculo doctus. Naʒ mi-
randa canunt: ſed ñ credenda poete: mox vt eos
libido ptulerit: feruenti vt perlius aſtuncta ve-
neno: magis intuebit̃ quid fecerit iupiter: q̃ʒ qd̃
docuerit plato: cenſuerit cato. Hinc apud Terẽ
tium flagitioſus adoleſcẽs ſpectat tabulã pictã:
damnem acriſium imbre pcioſi metalli a Joue re
memorantẽ corruptã z ſue libidini patrociniũʒ
preſtat: dicens. Qui templa celi ſũmo cõcutit ſo
nitu: ego homũcio id facereʒ. Ego võ id feci ac li
bens. Si võ non credũt qui legunt poetas: non
ne foculo innate luxurie apponit ligna: ſtipulaʒ
naptam parat: pfundit adipem. Flatq̃ʒ folle gra
di: vt tandẽ ſi nulla detur oportunitas: in ſeipm
ſcandeſcat narciſſus: quẽ iopem copla fecit: aut
terentiano tyrare q̃ potius inſanire cõtingat: nil
aliud volo niſi philomenã. Ueritatis võ hoſtes
fuiſſe poetas: nõ tacuit. b. Aug. Ubi eorʒ fabulas
dicit: multa mentiẽtes z vix veri aliqd indican
tes vel ſignificãtes. Hoc aũt precipue verʒ eſt: et
indubitabilis certitudo: vbi de diuina religiõe
loquũtur: in qua theologie omnis ſũma ↄſiſtit.
Uirgiliũ ipſe. b. Aug. ait more poetarʒ fuiſſe me
titum. Puto quidẽ a puero fideli, in ſeſe ex his
dici poſſe auctore diabolo: mũdi vates hos fuiſ
ſe locutos: q mẽdax ẽ z pater eius. Sepiuſq̃ʒ ve
ris falſa pmiſcet: vt ex fide verorʒ falſa ſuggerat
ſub quibus mortaliũ mẽtes laborat detinere ca
ptiuas. Satis liquidoq̃ʒ tertiũ correlarie pʒ ne-
q̃ʒ ſolum puerorʒ adoleſcentũ z ſimpliciũ intelli
gentũ lectio poetarʒ euertit: ſed z eorʒ quos ſecu
lum nuncupat phos: vel etiam quod plus eſt ſa
pientes. Et ſic videtur ↄcludendum: poetas ini
micos vere fidei: z pcul a fidelibus abijciendos
Qd̃ autem apoſtolus ait ad Ro. xiiij. Queciq̃ʒ
ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt
loquitur de ſcriptis in ſacra pagina. Secunda
theologia quã phyſicã vel naturalẽ vocãt qliter
ca venire potero in noticiam dei veri: vt notum
poſſim amare: amãdo poſſidere: quod ſm̃ veri
tatem etiam illos cogẽtem eſt theologie irrepre
henſibilis finis: ſub doctoribus nõ ſolum igno
rantibus deum: ſed maieſtatem eius negãtibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ id defendētibus: erecto ſupcilio ⁊ buccis inſla
tis. Labia noſtra nobis ſūt: quia noſter dñs eſt
Inter eoꝝ inexplicabile labyrintum: reperio diſ
finitum pecuniā eſſe deum: quem credidit ꝗ ani
mā mundi: quam tñ verus deus māmonam ap
pellauit: cui nemo pōt cum deo ſeruire. Uideat
quiſqs vult veritatē impugnare: q̄ꝫtuꝫ expediat
nondū roboratis in fide: vt ſunt cōiter adoleſcē
tuli ſtudentes ⁊ plures alij: porphirij videre ſpe
culationes ſublimes q diabolici appollinis ful
tus oraculo: in dñm xpm ⁊ eius cultores: acerri
me auſus eſt blaſphemare: in libris quos elogi
on ꝓphetias appellat: iudeoꝝ ſectam ⁊ cultū xpi
anis preponēs: nec ipſe ritu vel ſacris hebreus.
Hic cum ceteris phīs: non ſolū credunt tacētes
ꝑteritam xpi ⁊ aliorum factam ⁊ futuram reſur
rectionem: ſed negant ꝑſtrepentes eam fore poſ
ſibilem. Platonicus etiam quidem in eundem
redemptorē ꝙ ſit incarnatus inſurgit et ſui ma
giſtri fretus auctoritate nequiſſima ſcribit nul
lus deus miſcetur hoi. Hi acutiſſimis diſputāt
argumētis deo ſcientiam futuroꝝ ineſſe ñ poſſe
ꝯtra illud catholicum. Uocat que non ſunt ſine
ea que ſunt. In quoꝝ nequiſſimū dogma mult9
ſophiſtantibus vanis armatus incidit Tullius:
qui dum liberꝫ arbitriū nititur ꝯſeruari cū inſi
piēte deū negat in corde ſuo: ſicut in libris eius
de natura deoꝝ: ⁊ de diuinatione monſtrat: here
ſiarcham Ariſtotelē fuiſſe ñ dubitant q viderūt
eius virulentā doctrinā atqꝫ ſeditioſam piterqꝫ
credūt. b. Aug. theologoꝝ ꝑcipue q euꝫ ſic appel
lat li. viij. c. xij. In his gymnaſijs dicaꝫ an aiaruꝫ
lupanarib9: garriūt Plato ⁊ platōici: ſtoici: acha
demici: priores ⁊ noui: porphyrius: ⁊ cicero ꝺ re
publica ſcribens cū corpibus aīas beatificari ñ
poſſe: quaſi deus que celeſtem aiam corporū er
gaſtulis deſtruxit i terris: corpa mūdata ⁊ reſti
tuta aīalibus beatis ſup ethera locare ñ poſſit.
Audio hic nobiliſſimū illū vt eoꝝ laudib9 vtar:
attonitis auribus intonarē plotinū ⁊ aīas ꝑſtitu
ere manibus infernalibus hec ꝑferētē: hominū
aīe ſunt demones: ⁊ fiunt ex hoibus lares ſi bo
mines meriti ſūt. Lemures vō ſi mali ſeu larui
maneſqꝫ dij ſūt. Tremēdū quoqꝫ iſti hoīes quē
iam expiunt infernū ñ admittunt ſed tñ purga
torias penas hic vel in futuro. Unī eſt illud Ma
ronis platonicos imitati: vbi cū dixiſſet in ſexto
eneidos de terrenis corpibus moribūdiſqꝫ mē
bris: ꝙ aīe hinc metuūt: cupiūt: gaudētqꝫ: dolēt
qꝫ: Nec auras ſuſcipiūt clauſe tenebris et carce
re ceco ſecutus adiūxit. Non tñ omne malū mi
ſeris nec funditus oēs corpe excedunt: penituſ
qꝫ neceſſe ē. Multa diu ꝯcerta modis molleſce
re miris. Ergo exercētur penis veterūqꝫ malo
rū ſupplicia expendūt. Alie panduntur in aues
ſuſpenſe ad ventos. Alijs ſub gurgite vaſto infe
ctū eluitur ſcelus aut exurit igni ⁊c. Omittam9
cum ſuis falſitatibus iſtos: ⁊ parūper ad eorun

dem gentiliū vrbanam ſeu ciuilē theologiā trāſe
amus: armati cū optima fide. Philoſophi cum
ipo Platone quoꝝ extitit theologia ſecūda: plu
ribus dijs ſacrificandū ſanxerunt. Ipſiqꝫ demo
nuꝫ turbā ſacrificijs dicā an ſacrilegijs honora
runt. Hi turpia ⁊ obſcena ad quoſdaꝫ myſticos
ſenſus actuuꝫ nature reducunt: quo ſimplices:
vt archana diuū deuotione maiori venerari ea
ſtuderētur: teſtis ē Uaro. Hinc eſt ꝙ tandē ſapi
entes romani nume pōpilij libros: leges ſacroꝝ
tradentes iuſſerūt cremari: cum tñ adhuc eēnt
gentiles: ſunt libri hiſtoriales gentiliū atqꝫ poeti
ci his ſupſtitionibus pleni: ſed ⁊ Seneca ethnic9
in deriſionem illoꝝ deorum: ait. Ille viriles par
tes amputat. Ille lacertos ſecat: vbi iratos deos
timēt: qui ſic ꝓpicio merētur: ſed ⁊ ipe Seneca
qui deos illorū deridebat venerabatur: ⁊ vene
randos eſtimabat cultu exteriori eos deos in tē
plis: vt in hoc cōcurrerent cū populis in q̄ erat
mendacium pernitioſum: vnde mortale ſm. b.
Tho. 2ᵃ 2ᵉ. De Gregorio magno dic̄ predict9 do.
Joan. do. car. ꝙ oēs libros quos potuit habe
re titiliuij comburi fecit: quia ibi multa narran
tur de ſupſtitionibus idoloꝝ.

¶ §. IIII.

## De philoſophia ratio

nali que videtur cōprehēdere logicaꝫ ⁊ phicam
ſeu naturalē phiam: que in ꝯtentione verſari vi
detur ꝙ nō multum expediat moderno tempo
re precipue predicatoribus in populis. Sic ait
prefatus do. Jo. car. Nolo ꝙ aliquis mihi obij
ciat noſtros theologos etiā. b. Aug. plurimū di
ſputare: ad quos vtiqꝫ neceſſaria eſt logica cum
philoſophia. Dicit enim. b. Hiero. Si qs volens
diſputare ꝯ mathematicos impitos matheſeos
riſui patebit di. xxxvij. qui de menſa. Nam olim
creſcēte fide: ⁊ mūdana phia aduerſus veritatē
ſe armante: opus fuit cōtra hereticos ſophiſtas
prudēter in ſcholis: in ꝯſilijs: in ſermocinationi
bus: ac etiā vulgaribus ꝑdicationibus: diſputa
tionibus vti. Erant tunc catholicis mixti: arria
ni: manichei: ſabelliani: donatiſte: ⁊ alij q̄ꝫplures
ſicut hodie inter catholicos ambulabāt fraticel
li vſurarij: et ceteri publicani fatales q fatis cre
dūt. Deſtini qui oīa putāt de neceſſitate euenire.
Geneologi gubernationē humanaꝫ ſyderibus
ꝯcedentes. Beſtiales aliā vitam a pñti negantes
Et multe alie hereſes: que pro maiori parte nō
forent: ſi phia ſeculi nō vociferaret in ſcholis: ñ
diſputaretur in templis: ⁊ maxime in ꝑdicando
Sicut igitur tunc tpis fortaſſis opus erat: ſcire
aliquos ſophiſmatū artem: ⁊ illorum hereticoꝝ
errores preuia theologia veraci: ad reuincendū
illos prophanos. Sic nūc expedit aliquos fore
qui ſcire laborēt ſacre ſcripture medullitus cō
tinentiam iura canonica ⁊ quedam alia catholi
ca que ad conſeruationem recte viuentium ad
ꝯfutationē incedentium oblique maxime valēt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dixi aūt fortaſſis q̄m ſicut legitur in eccleſiaſtica hiſtoria. Plus potuit ad cōuerſionē ſophiſte verboſi ⁊ phi arriani: ſanctitas viri ſimplicis: q̄z vera eloquentia: ⁊ ſubtilis argumētatio omniū patrum orthodoxoꝝ: qui ob id erant in cōcilio congregati. Cum enim patres ſancti doctiſſimi diſputantes cū dicto pho eſtimaſſent eū cōuictū rōnibus efficacibus eoꝝ: elabebatur de manibꝰ eorū acutiſſimis cauillationibus: demū quidaȝ ſimplex ſed ſāctus vir obtulit ſe ad diſputandū cum eo in conſpectu omniū: cumq̄z ad certamen cōueniſſent: dixit ſimplex ille primo loquēs. Audi piloſophe. Credis in deum patrē oīpotentem creatorem celi ⁊ terre. Et in ieſum xp̄m filiuȝ eiꝰ ⁊c̄. Credis hoc phe. Ille autē philoſophus ſtans attonitus ad verba eius. Reſpōdit. Credo qđ dicis. Cumq̄z interrogaretur ab amicis quomodo ita ceſſiſſet ſimplici verbo illitterati nullā rōnem ſuoꝝ verboꝝ inducētis. Rn̄dit. Cum audiui verba ab hominibus ſm̄ rōes humanas: dedi verba p verbis. Cum aūt vidi ſpm̄ ſanctum loqui p os huius ſimplicis nō valui reſiſtere ſpiritui qui loquebatur p os eius. Sicq̄z cōuerſus eſt ille ad veram fidē relictis erroribus. Paſtor inſuper ſummus ⁊ alme fidei cuſtos, dn̄s puidit gregi ſuo: vt ex lupis exirent: qui vt canes oues a lupis pſeruarent. Sic contra iudeos ex iudeis vocatus ē Paulus Cyprianus ꝯtra magos. Contra platonicos Hiero. contra manicheos. b. Au. ⁊ multi alij. At vbi que ſunt opportuna fidelibꝰ negligūtur: ſupflua certatim querūtur ⁊ ſub falſo colore intellectus ſcriptoꝝ de illis erroribus antiquis loquentiū vel prepoſiti inuadendi gētiles a nobis remotos omne ſtudiū pcipue predicare debentiū ad illas meretriculas terminatur: nullus infidelis ex hoc ad catholicam fidē: nullus fidelis ad maiorē dei dilectionē accedit: quid ni duȝ in verbis hereticos abſentes feriūt nōnullos ex pn̄tibus credentiū hereticos cōſtituūt. Ecce lucꝝ ſophiſmatū. Fruges phoꝝ diſceptationes ſunt: velut pſtigiatoꝝ deceptiōes que potius ſophiſmata dico. Nec ignoranti nocent. nec ſciētem iuuant. Idem in alia ep̄la. Negat Cicero ſi diſplicat ſibi etas habiturū ſe tēpus quo legat lyricos eodem mō dialeticas. Nec ego nego pſpiciendo iſta: ſed pſpicienda tm̄ ⁊ animo ſalutanda. In hoc vnum ne verba nobis dētur: ⁊ aliquid in eſſe illis magni ⁊ ſecreti boni iudicemus. Quid te torques ⁊ maceras in illa queſtione: quā ſubtilius eſt ꝯtemnere q̄z ſoluere et multa alia ſubdit de huiuſmodi.

¶ §. V.

Ex predictis patet q̄ nō ſolum ſuperfluum videtur ⁊ vanū querēꝰ cognitionē diuinoꝝ ⁊ humanoꝝ ptinentium ad moralitatem in libris ethicoꝝ: cum lōge plenius ⁊ clariꝰ iſta inueniātur in lr̄is ſacris: cū expoſitoribus ſuis Sed etiam piculoſum: cū in multis militēt ꝯtra fidem doctrine gentiliū: cum veritatibus ibi pmixtis. Et ſi qui obijciant nō officere: ſed pficere tales doctrinas: ad fidem pbandā demōſtrationibus laicoꝝ ⁊ philoſophoꝝ rōnibus: ad ꝯfirmandā ipam fidem auctoritatibus eoꝝ: cū multa dixerint ptinentia ad articulos fidei. Et quid validius, teſtimonio inimicoꝝ ad reuincendā incredulitatem paganorū? Rn̄deri pōt. ¶ Primo quidē q2 fides nō hȝ meritū ait. b. Grego. Cui humana ratio pbetꝰ experimentum. i. pbationum. Si. n. quis non vult credere vnū deum eſſe niſi ex eo q̄ p rōnem ſibi demōſtratur: certe meritum fidei nō habet. ¶ Secūdo quia hoc ſolum n̄ minuit meritū fidei pbatio eoꝝ que ſunt fidei p rationes naturales ſed etiā irriſiones apud ſapientes adducit. Nam ſm̄. b. Tho. in ſū. articuli fidei nullis rōnibus cogētibus demōſtrari valeant: excepto pmo. i. de vnitate diuine eſſentie: qđ tñ non iō credit̄ q2 a phis demōſtratū: ſȝ q2 a deo reuelatū ⁊ credi mandatum. Si g velint ipos articlos rōnibus demōſtrare ſicut aliqui nitūtur patebit riſui fides xp̄ianoꝝ apud ſapientes huius ſeculi eſtimātes ipſos fideles talibus rōnibus moueri ad aſſentiendū tanq̄z vrgētibꝰ cū in rei veritate non cogāt. Et iō ſignāter dicit b. Amb. vt refert mgr̄ in. iij. ſe. vbi fides querit̄ ceſſent argumenta philoſophoꝝ. Piſcatoribus creditur nō dialeticis. ¶ Tertio, ſ. q̄ztum ad illō q̄ multa gentiles dixerūt de articulis fidei. Sciendū q̄ quedam ipi dixerunt q̄ videtur hoc ſonare qđ ab aliquibus exponūtur. Sȝ ſatis manifeſte apparet talem intellectū non fuiſſe de mēte eoꝝ: ſed extorte ſunt ille interptationes. Verbi gr̄a dixit Triſmegiſtus. Monas genuit Monadem ⁊ in ipm̄ reflectit ardoreȝ. Exponūt hoc aliqui de myſterio trinitatis quaſi voluerit dicere Unus genuit vnū. ſ. pater filiū. Ardorem quem in ſe reflectit dicentes ſpm̄ ſanctum: quo ſe inuicem diligunt pater ⁊ filius ſed ſm̄. b. Tho. Non hoc ille intellexit: ſed q̄ vnus deus genuit vnū mundū. i. pduxit: queȝ ⁊ diligit: diligit enim omnia que fecit: quia bona inq̄ztum facta. Sic ⁊ illud Uirgilij in buccolicis. Iam noua pgenies e celo mittitur alto ⁊c̄. Quidam exponunt dictuȝ de myſterio incarnatiōis quod. b. Hiero. reprobat. Et ſic de multis alijs. ¶ Quarto notanduȝ q̄ ſi qua dixerunt que ad verum intellectum fidei noſtre congruūt: vt illud Uirgilij principio celum ⁊ terram: campoſq̄z liquentes. Lucenteȝ q̄z globū lune: titaniaq̄z aſtra ⁊c̄. Illa non a ſe habuerunt ſed furati ſunt a ſacris paginis. Nā iā iudei p diuerſas captiuitates: non ſolū ſub Nabuchodonoſor: ſed ſub Antiocho diſperſi erant p orbem: ⁊ ſcripture eoꝝ diuulgate. Unde illi et alij potuerunt illa haurire. Dicit. n. do. Io. dn̄icardinalis. vbi ſupra poſt. b. Auguſti. in. xviij. de ciui. dei q̄ poſt pphetas venerunt philoſophi gētium a Pictagora, vtiq̄z orti: qui claruit tpe quo

iudeoꝛum babilonica ē ſoluta captiuitas. Mul
to magis ceteri. Naꝫ Socrates ſtructoꝛ Plato
nis magiſtri Ariſtotelis: poſt eſdram dicitur do
cuiſſe. Noſtros tñ ñ omnes oꝛpheus: linus: mu
ſeus: ⁊ ſi q̄s alius inter grecos extitit pħus anti
quitate tp̄is ꝓceſſerunt. Verũtñ noſtri veri ſapi
entes abꝛaam: Jſaac: ⁊ Jacob: ⁊ ip̄e Moiſes p̄ſa
tis grecis annis ⁊ dignitate inueniũtur prioꝛes.
De Abꝛaam dicitur ꝙ fuit magnus aſtrologus
⁊ eam egyptios docuerit: ꝑtem tñ ſanam: nõ ma
thematicam fallaꝫ. Eo quippe tp̄e quo Moiſes
natus eſt: fuiſſe repitur athalas ille magn⁹ aſtro-
logus: quo fertur cel̄ ſubmiſiſſe lacertas ꝓme-
thei frater: maternus auus mercurij maioꝛis: q̄
cepit multaꝝ artiũ doctoꝛ diſcipulos plurimos
erudire. Ubi cepit ergo regnãte Romulo latex
iſrael ꝑfluere de fontibus ſaluatoꝛis illi laudũ
cupidi ex ꝓphetis ſanctis potati: tradiderunt q̄
neſciebant: vana ꝑſumptione illoꝝ textus ⁊ ver-
botenus coloꝛatos mutantes: ⁊ ꝯtra intentionē
ſp̄us ſancti cũ veritate repugnare gloſãtes: hec
ille. Sic ⁊ in li. platonis plura iueniũtur de ver-
bo dei dicta: ſed nõ eo intellectu quo vera fides
fatetur. Nõ ergo ab illis riuulis turbidis: erro
ribus adiunctis: aqua ſapientie hauriẽda ē: ſed
ad fontem limpidiſſimũ ſacre pagine recurrẽdũ
ita ſuauiſſimum: vt qui bibũt me adhuc ſitient.
Ecc̄i. xxiiij. dicat ip̄a ſapientia ¶ Quinto cõſide-
randũ ꝙ vt dicit. b. Au. ⁊ habetur diſ. xxxvij. Si
quid veri de deo Sybille ⁊ Oꝛpheus: alijue gē
tium vates ac pħi dixerũt: valet quidem ad pa
ganoꝝ vanitatem reuincẽdã nõ ad iuſtoꝝ. ſ. que
ſunt fidei ⁊ xp̄iane religionis auctoꝛitatem com
plectendã. Quantum. n. diſtat de xp̄i aduentu in
ter ꝓdicationem angeloꝝ ⁊ confeſſionẽ demonũ
tm̄ inter auc̄tem iſtoꝝ ⁊ curioſitatem ſacrilegarũ
ſcripturaꝝ: ſi qua enim dixerũt gentiles pħi con
cernentia fidem que ex ſcripturis ſacris ñ hau
ſerint: a demonijs potuit eis reuelari. Unde dic̄
idem. b. Au. in. iiij. de tri. Cũ philoſophi illi ethni
ci ad hec vidẽda. ſ. q̄ ſũt fidei: nullo mõ eſſent ido
nei: nec ad illud quidem digni habiti ſunt: vt eis
iſta per ſanctos angelos nunciarentur: ſiue foꝛi
ſecus per ſenſum coꝛpoꝛuꝫ ſiue interioꝛibus re
uelationibus in ſpiritu expreſſis ſicut patribus
noſtris vera pietate ꝓditis: hec monſtrata ſũt po
teſtates enim aeree: ſuperbe atqꝫ fallaces: etiam
ſi quedam de ſocietate ⁊ ciuitate ſanctoꝝ: ⁊ vero
mediatoꝛe a ſãctis ꝓphetis ⁊ angelis audita per
ſuos vates. ſ. poetas ⁊ philoſophos dixiſſe repe
riũtur id egerũt: vt per hec aliena vera etiam fi
deles dei ſi poſſent ad ſua falſa reducerẽt. Deus
autem per neſciẽtes egit: vt veritas vndiqꝫ reſo
naret fidelibus in adiutoꝛium: impijs in teſtimo
niuꝫ: hec ille. Non ergo ſunt legendi: niſi ab eis
quos opoꝛtet eis oꝛthodoſam fidem feruentius
predicare. Sed quia nunc nõ ſunt pagani inter
chꝛiſtianos cõuerſantes: vt olim quos opoꝛteat

auctoꝛitatibus ſuoꝛum gentilium reuincere: ſz
quid perditio tempoꝛis hec? Quare non potius
ſacris ſcripturis inſudandũ: ⁊ canonibus q̄bus
fideles erudiãtur. Hinc Hiero. diſti. xxxvij. ait.
Nonne videt̄ nobis in vanitate ſenſus ⁊ obſcu
ritate mentis ingredi: q̄ diebus ac noctibus dia
letica arte toꝛquẽtur: ⁊ dialeticoꝛũ tendiculis: q̄
non tam argumenta q̄ꝫ quedam vmbꝛe que ci-
to tranſeunt diſſoluũtur. Qui phyſicus perſcru
tatoꝛ oculos trans celum leuat ⁊ vltra ꝓfunduꝫ
terrarum ⁊ abyſſi: in quoddam inane demergi
tur: qui iambum feruet; qui tantam metroꝛũ ſil
uam in ſuo ſtudioſus coꝛde diſtinguit ⁊ cõgerit.
¶ Sexto animaduertendum eſt ꝑiculum inde
iminens ex tali ſtudio: niſi ſit bene firmatus ⁊ ri
moꝛatus in fide: videlicet ſubuerſio mẽtis: ⁊ de
ductio ad incredulitatem: vnde in ꝓuerbium di
ci ſolet. Raro magnus philoſophus bonus ca
tholicus: hic ap̄lus. i. ad Coꝛin. ij. dicit ſapientiaꝫ
in myſterio abſconditam. ſ. dei filiũ incarnandũ
vel incarnatum: nullus principum huius ſeculi
id eſt philoſopoꝛum ſm̄ glo. cognouit. b. Hiero.
quoqꝫ his inſtructus: poſtq̄ꝫ ab angelo ꝑcuſſus
ꝓpter nimium affectum ⁊ ſtudium ad huiuſmo
di videns periculum inquit ad Damaſum papã
in omel. de prodigo filio qui perierat: demonuꝫ
cibus eſt. Carmina poetarum ſecularis ſcientia
Rhetoꝛicoꝛum pompa verboꝛum. Nulla ibi ſa
turitas veritatis: nulla iuſticie refectio reperit̄.
Studioſi earum in fame veri et virtutum penu
ria ꝑſeuerant: hec ille. Et ideo dimiſſis ſiliquijs
poꝛcoꝛum: doctrinis gentilium que inflant non
ſatiant: accedẽdum eſt ad conuiuium celeſtis pa
trie in domo eccleſie. Jn menſa ſcripture ſacre
que nobis parata ē aduerſus eos qui tribulãt
nos. ¶ Et ſit periculoſum his gentilium doctri
nis inſiſtere oſtendit Salomõ tam exemplo ſuo
q̄ꝫ verbo. Nam prefatus vir venerandus. ſ. Jo.
do. cardi. in dicto li. dicit poſt oꝛige. ꝙ ille ſeptin
gente vxoꝛes quaſi regine ⁊ trecente concubine
quibus ardentiſſimo amoꝛe coniunctus erat: fe
cerunt eum a deo vero ⁊ cultu eius recedere fu
erunt innumere doctrine varie diuerſarum gē
tium: circa cultum ⁊ ritum colẽdi deum vel cir-
ca moꝛalem vitaꝫ que videre voluit ⁊ nimis cu
rioſe ſcrutari: ex quo ſtudio declinauit a verita
te notitie dei ⁊ moꝛum: et ſi vt creditur a. b. Hie
ron. ⁊ b. Ambꝛo. ⁊ Chꝛyſoſto. ad penitentiam ſit
reuerſus vt patet in Eccleſiaſten. Hic etiam ali
qui credunt oꝛigenem tam eruditum ⁊ ſapientē
virum et auſtere vite ⁊ caſtum cecidiſſe in erro
res ꝓpter quos vt hereticus ab eccleſia ē dãna
tus: quia nimis inheſit doctrinis gentilium ꝑci
pue platonicoꝝ. Verbo hoc ip̄e Salomõ oſtẽdit
Nam cõiter vbi in ꝓuerbijs loquitur de vana
⁊ mala muliere: ⁊ malis que inferuntur ex ea: ex
ponitur non ſolum de femina vel concupiſcẽtia
carnis ſeu ſenſualitate: ſꝫ ꝑmaxime de doctrina

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gentiliū ⁊ heretica. Et alijs auctoritatibꝰ de mu
liere in diuerſis capitulis ꝓuerbioꝝ omiſſis ſo/
lum iſta hic inſeratur que habetur. c. vij. Conſi/
dero vecordem iuuenē: qui trāſit per plateas iu
xta angulum ꝓpe viam domus illius graditur i
obſcuro adueſperaſcente die in noctis tenebris
⁊ caligine. Et ecce mlr̄ occurrit illi ornatu me
retricio preparata ad capiendas aīas garrula ⁊ va
ga quietis impatiens: nec valens in domo conſi
ſtere pedibus ſuis: foris: nunc in plateis: nūc iu/
xta angulos īſidians: apprehēſumqꝫ deoſcula/
tur iuuenē: ⁊ procaci vultu blanditur: dicens. Ui/
ctimas pro ſalute deuoui hodie reddidiſti vota
mea. Idcirco egreſſa ſum in occurſum tuuz de/
ſiderans te videre ⁊ reperi. Intexui funibus le/
ctum meum: ſtraui tapetibus pictis ex egypto.
Aſperſi cubile meum mirra et aloe et cinamo/
mo. Ueni inebriemur vberibus: ⁊ fruamur cu/
pitis amplexibus: donec illuceſcat dies. Nō eſt
enim vir in domo ſua. Abijt via longiſſima ſac/
culuz pecunie ſecū tulit: in die plene lune reuer
ſurus eſt domū ſuaz. Irretiuit eū cum multis
ſermonibus ⁊ blāditijs labioꝝ protraxit. Stati
ſequitur eam quaſi bos ductus ad victimam: ⁊
quaſi agnus laſciuiens: ⁊ ignorat qꝛ ſtultus tra/
hatur ad vincula donec tranſfigat ſagitta iecur:
velut ſi auis feſtinet ad laqueū et neſcit quia de
periculo anime illius agit̄ ⁊c̄. Super his ſic ait
exponens Io. do. car. vbi ſupra. Certe ſi de vul/
gari ſcorto loquitur ſapiētiſſimus Salomō: pa
lam loqtur: ⁊ ꝓuerbium nullū dicit. Neqꝫ etiam
intelligibilis niſi ad principale ſubiectū ſui trac
tatus ſcripta referantur vniuerſa. Primo nāqꝫ
exponit quis patiatur hoc maluz docens a falſa
doctrina tenēdum eum qui ſub ꝑtextu intelligē
di ſacras ſcripturas: aut corrigēdi mores vel a/
lijs ꝓficiēdi: ſcholas icōceſſas itrare diſpōit. Ta/
les enim colores tegunt ſtudētes ꝑfatas doctri/
nas: ſe tenebris caligantes ⁊ ceteros. Si efficiē
tem cām querimus: meretricē hereſim infideli
tatē ſeu religionē habemus ꝓprio ornatu deſcri
ptam. Si materiā rimamur cuncta ambit: ⁊ pe/
ne de omnibus tractat: non ꝯſiſtere in vno loco
contenta: vt omnes capiat glorie cupidos qbus
illam optatā datis in victimis repromittit. Cau/
ſa formalis nō ſubticetur: ſꝫ exꝑmitur illius do
ctrine ꝓceſſus ſi fas eſt illā appellare doctrinaz
Procedit. n. dialecticis argumētis aut connexis
narrationibus quaſi quibuſdā funibus intexta
coloribus ⁊ curſibus tropicis vani egypti depi/
cta: mira ꝑnīe ⁊ mortificatōnis quorundā illius
factionis hominū ſtrata. Nec nō aloe infelicium
alioꝝ tragico atqꝫ ꝯtutū cinamomo pilo diffiniti
onis ⁊ diuiſionis ꝯtuſo. In his ſematibus tota
ſcientia pōt ꝯtineri: que ꝑtim ad materiā: partiz
ad formā debet reduci: cum apud eloquētes co
media tragedia ſatira: ſicut ꝓpria materia: ſic ꝓ/
pria forma currāt. Finalis cauſa ꝑmiſſa que tra
hit ⁊ fallit: ſerpens vt anguis: eſt mentis quedaz
dulcedo: artiſſimoꝝ amplexuū ꝯciliatrix cū ea.
Sed exitus verus eſt infernalis: perditio iecore
vulnerato: qḋ nulla medicoꝝ arte poteſt curari.
Unde ꝯcludit idem: tantis expertus in malis et
ſubdit. Nunc ergo fili audi me: ⁊ attende verba
oris mei: ne abſtrahatur in vijs illius mens tua:
neqꝫ decipiaris ſemitis eius. Multos enim vul
neratos deiecit ⁊ fortiſſimi quiqꝫ interfecti ſunt
ab ea. Uie inferi domus eius penetrantes in in/
teriora mortis. Item apl's ad coll. ij. c. ait. Uide/
te ne qs vos decipiat ꝑ ꝓphetiam ⁊ inanem falla
ciam: ſm traditionē hominum ſm elementa mū
di ⁊ non ſm xp̄m: quia in ipo habitat omnis ple/
nitudo diuinitatis corporaliter. Ubi dicunt gloſā
ctoꝝ doctoꝝ phiam quam deteſtatur Aplus ter
renam ſciam: argumentis ⁊ ſubtilitatibus cōpo
ni: dū veriſimilibus cāis ⁊ cōmentis: rebꝰ diuis
adimit fidem: que oīno vitanda eſt. Cum ait ſm
elementa tangit qui prudentius idola exponūt:
dicētes. Iuno eſt aer: neptunus mare: ignis vul
canus ⁊ hmꝰ. Et addit ꝑfatus vir venerādus exi
mius predicator. Hic nō agitur aduerſus aliqs
qui ante baptiſmū ſciuerūt litteras illas: aut qui
aliqñ forte id regrente tedij fuga poſt baptiſmū
aut materia ad cōuincēdos hoſtes aliquid legit
de gentilibus aut ſuis interſerit dictis. Sed cō
tra hos voce xp̄ianos ſepe clamaui: ⁊ a clamore
ceſſare non valeo: qui ſcriptura ſacra neglecta:
relictis doctoribus ſanctis: ſe dedicant penitus
ſtudijs illis ⁊ ſi ꝑdicauerit: ꝑ tragedias: comedi
as: ethicam: phyſicam: aſtrologiam: ⁊ metaphyſi
cam: aures audientiū demulcent quaſi ipa diui
na eloquia nō ſufficiant ad ſalutem: aut ipi īfide
les fundarint catholicā fidem. Unde nullus aīa
rum ſequitur fructus: ⁊ merito: qꝛ vt dictum eſt
ꝑ ꝑs. xxxi. verūtñ. In diluuio aquaꝝ multaꝝ ha
rum. ſ. doctrinaꝝ ad deū docentes vel audiētes
non appropinquabunt.

¶ De erroribus contra fidem philoſophorum
gentilium. ¶ Capitulum. v.

Pluralitatem deo
rum primus inuenit pater mēdacij:
cum dixit in paradiſo terreſtri prime
mulieri. Gene. iij. Eritis ſicut dij ſcientes bonū
⁊ malū. Exinde poſt diluuiū tyranni: vt ninus
idolū patris ſui beli. Demum phi. Nota ad hoc
figurā notabilez quā exponit ipe Io. do. car. vbi
ſupra ſignant lr̄e ſacre quendā robuſtū venato
rem coram dn̄o. ſ. nemroth. nō feris: ſed deū in
feſtū ſua inquiſitione ſuꝑba cepiſſe turrim edifi
care: cuius cacumen ꝑtingeret celū: vt nomē eiꝰ
celebre haberet̄ in orbe. Erat prius terra labij
vnius eorūdemqꝫ ſermonū: qꝛ nō erat niſi vna
religio ⁊ vnica fides: ab vno deo ꝑ vnum patrē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

noc oībus predicata. At vbi ille tumidus cepit
velle naturalem ſciētiā ad methaphycā trāſpoꝛ
tare:non vulcani fulmine ictus quo fabule poe
tarum fingūt:gigantes montibus:monti ſuſpen
ſus voluiſſe rape celos ioue inde repulſo et ob
hoc extinctos:ſed lingue confuſione a deo fuit ꝑ
cuſſus:donec veniret ſpūs ſanctus ſenſibili ſpe
cie linguas confuſas in vnam fidem ꝑ ſanctos a
poſtolos plene reducens. Tum.n.primo ſcḿ Iſi.
dij adorati ſunt qñ phalech natus ē:ob id ſic de
nominatus qꝛ facta fuit diebus illis diuiſio non
poſſe aūt diuinum ꝓprium eē cognoſci eo nō re
uelante:teſtis Salomon:imo ipſe rex effectoꝛ ꝑ
Salomonem:dicens. Que in celis ſunt quis in
ueſtigabit:ſenſū aūt tuū ꝗs ſciet:niſi tu dederis
ꝛ miſeris ſpūm tuū de altiſſimis. Nonne ꝯfuſū
eſt labium in vniuerſa terra: ex quo humana ꝑ
ſumptio deprehendere voluit:quid ſit deus: ab
ipo prius ſuſcepto quia eſt:ꝛ qꝛ id eſſet quo me
lius excogitari non poſſet: cū tot emerſerūt opi
niōes ex ipſa idra herculea:vt niſi ignis ſpūs ſā
cti eam cōburat:pullulent moꝛtifera capita: vbi
credūtur prioꝛa ſucciſa. Aliqui.n.dixerūt deos
eſſe plures:ꝛ diuerſos homines in mūdo famo
ſos. Romani ad quēlibet creature prouentum
vnum deū vt deam ſegetiam cū bladum ſeritur
oꝛtcam cū oꝛitur. Spiceam cū ſpicā facit:nodeā
cum nodum ꝓducit quaſi nō ſufficeret vna dea
ad producendum bladum ad perfectionem. Et
ſic de alijs vt ponit bea. Aug.in libꝛo de ciui.dei
rationibus conuicens cecitatem ꝛ fatuitatem il
loꝛum. .§.I.

# In diluuio aquarū mul

tarum gentiles poete ꝛ philoſophi doctrinaruꝫ
ſ.ſuarum fabulaꝝ ꝛ falſarū quibus demerſi ſūt
in ꝓfundum:quia contra fidem ꝛ bonos moꝛes
ſicut non appꝛopinquauerūt ipſi ad deum ſed a
deo repulſi:ita ꝛ omnes ſequaces talium doctri
narum ad deū non appꝛopinquabūt. Hoꝛū aūt
erroꝛum multitudinē explicat:ꝛ ſi non totam ſe
pe fatus Joā.do.cardi.in prefato libꝛo. Errauę
runt enim ait circa diuinam eſſentiam ſicut pre
fatum ē. Apud athenas ſiquidē homerus dixit:
inter ſe deos confligere bellis. Senioꝛ aūt plini
us:aliqua poſſe homines que ñ valeant dij. Lꝫ
hic erroꝛ ſit magis verbalis ꝙ eſſentialis. Sꝫ ex
intentione poſita ꝛ ſophiſmatibus fulta. Illa fe
rarum ſilua necantia virulenta poꝛtenta hec in
ter multa latrāt ꝛ diſcurrūt: animas erroꝛibus
illaqueando. Deū nanqꝫ quidam eoꝝ illem eſſe.
Alij elementa. Sydera nonulli affirmauerunt.
Intentionibus quibuſdaꝫ viciſſim ſuccedenti-
bus. Deum mobilem predicarūt plures. Quidā
eum cuiuſlibet rei foꝛmam. Et ceteri tm̄ celi eē
foꝛmalem ſubſiſtētiaꝫ dogmaticāt:quos tamen
xi.methaphyſice:belua cōmentatoꝛ conat̄ euer
tere:alij dicunt deū non cognoſcere que ſūt ex-
tra eundem. Aut tm̄ vniuerſalia put ſunt quedā
idee:vel ſubſtantie ſepate. Siue ipſa ꝑticularia
ſolū in ſuis cauſis intueri. ¶ Sunt ibidem qui
affirment contingentiū noticiam nō habere.ſed
ſi nec creditur eis:negāt alij eū vilia noſce:qui-
bus repugnant cū thalmuth hi:qui ipm̄ pecca-
toꝛem ꝛ de peccatis ſuis garriūt emūdari. Apō
Empedoclem lis ꝛ amicitia. Apud alios:raritas
ꝛ denſitas:bonū ꝛ malum. Apud quoſdā eterne
materie ꝑticularium coꝛpoꝝ quo vniuerſa mū
di machina integrat̄ cauſe agētes fuerūt. Inibi
erectis ambonibus quidam celum non habere
cauſā:quidā motum ſolū eius a deo ꝓdire. Qui
dam materiam neqꝫ creatam eſſe neqꝫ effectum
ſuis auditoꝛibus ꝓmunt. ¶ Audiuntur ibi qui
dam obtentus. Subſtantia coꝛpoꝝ celeſtium eſt
cauſa actiua inferioꝝ ſubſtātiarum. Deus crea-
uit pꝛimam ſubſtātiam ſepatam et ceſſauit. Illa
creauit ſecūdam. Secūda tertiam. Tertia quar
tam. Quarta quintam:ꝛ ſic vſqꝫ vltimam ocioſā
varietate multa dicentes. ¶ Suſurrant in eadē
ſilua quidam ſine ꝯcoꝛdia vt aiunt. Deus nil po
teſt preter reꝝ curſus:ipſe ait a neceſſitate natu-
re cuncta ex ſimplici voluntate diuina nulla cō
currente luce rōnis emanāt. Perſtrepunt inde
regalem aulam infeſtantes. Voces haud dubie
ariſtotelis ō mūdi eternitate:alioꝝ multoꝛuꝫ de
materie eternitate ex qua mūdus cepit genera
ri. Democriti ꝛ Euſippi de infinitis pꝛincipijs
athomis. Siue in quātitatiuis coꝛpibus ex qui
bus ſingula ꝯſtāt. Anaxagoꝛe de pꝛincipijs innu-
merabilib⁹ ſimul ꝯfuſis in quoddā chaos. Em-
pedoclis de pꝛincipijs ꝯtrarijs quē manicheoꝝ
foꝛma ambibat:ſecū habentiū Pitagoꝛam dicē
tem bonum ꝛ malū omnium reꝝ extitiſſe princi
pia pꝛima. Hos agitabat non paꝝ phyſicus Aui
cēna:nunc intus:nunc extra: incertus exiſtens:
dicebat enim ꝙ deus intelligēs ſe vnam intelli-
gentiam pꝛimā ꝓducit:in qua iam eſt potētia et
actus:que inqꝫtum intelligit deuꝫ ꝓducit intelli
gentiaꝫ ſecundā. Inqꝫtum vero intelligit ſe ſecū
dum qō eſt in potentia ꝓducit ſubſtantiaꝫ oꝛbis
pꝛimi. Et inde ꝓcedēs diuerſitatem reꝝ inſtituit
per cauſas ſecūdas. Mirum barrum ꝑterea et
foꝛmidine plenū ex eodem ſine luce luco ꝓcedit
Omnes enim a foꝛma hominis a vento animaꝫ
vocant. Anemos enim grece latine dicitur ven
tus. Hinc aiunt nullā eſſe ſubſtantiaꝫ niſi coꝛpo
reā. Unicū eē intellectū actiuum cūctis ratōna
libus influentē quoꝝ quilibet ꝓpꝛio viget ꝓſſi
bili vel intellectu. Auerroi hoc ꝑ ceteris deſen-
dēte:ꝙ intellectus poſſibilis ſit virtus in nobis
cū elemētis admixta: put voluit Alexander ani
mam ſolū complexionē foꝛe:vt male placet Ga
lieno. Uariant hunc tonū qui dicunt quandā ar
moniam ex ꝯtrarijs:aīam foꝛe coꝛpus ꝛ hoc va
rijs ſententijs. Clamāt idem penitus eſſe, intelle
ctum ꝛ ſenſum nō differre ab imaginatōne. In-

ſ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

telligentiam ſubſtãtias ſepatas influere noſtris intellectibus radios ſeminales. Uñ notet plato cũ illis noſtrum diſcere eſt potius reminiſci. ¶ Precipit ⁊ hinc quorũdam latratus ſalomon inſanos ſub tali forma pdire. Ex nihilo nati ſumus: ⁊ poſt hec erimus tanq̃ nõ fuerimus. Unus eſt enim interitus hominũ ⁊ iumẽtoꝝ: homo iumento non habet amplius. Ibi eſt plato fouẽs origenem: quo anime ſimul fuerint create: nec non ꝙ poſtq̃ felicem vitam fuerint adepte iterum ad corpa incipe velle reuerti: ⁊ illius vite felicitate finita: miſerijs huius adhuc pegrinationis inuolui. Idemq̃ de angelis ſenſit ſecũdus. Ibi Pitagoras inſinuãs naſoni aĩas in diuerſa corpora trãſire: ⁊ ad ꝓpria interdũ reuerti: q ambo auctores in circuitu ambulabãt: dicẽtes ſecula renaſci cũ vniuerſis accidẽtibus ſuis: aut completis qndecim miliũ vt voluit primus: aut. xxxvi. miliũ ſicut docuit ſecũdus annoꝝ circulus. Gymnaſia inſup ibidem pſonant: quorundam aĩas ab angelis creatas platone pſidente: ſubſtãtias ſepatas eſſe ſolũ quadragintaquinq̃ vel circa: ſm numeꝝ circuloꝝ orbiũ Ariſtotele methaphyſico diſputante. Et angeloꝝ numeꝝ in ſacris lrĩs ↄtentum: non ſubſtantiaꝝ ſed virtutum eſtimandũ rabbi moiſe garriante. Neſcio an ſimphoniam vel ſpũm dixerim ſtridẽtem quoſdaꝫ dubios ſonos qui obaudiũtur exinde innumeri epycuro cantante pſallerant: ventrem adorãtes: quorum orationi Salomon recitat dicens. Hoc itaq̃ viſum eſt mihi bonum: vt comedat quis ⁊ bibat ⁊ fruatur leticia ex labore ſuo. Et hec eſt pars illius. Ubiq̃ relinquamus ſigna leticie: qm̃ hec eſt pars noſtra: ⁊ hec eſt ſors noſtra. Audiebatur illum etiam cerinthiani credentes poſt reſurrectionẽ corpoꝝ omnibus carnis voluptatibus mille annoꝝ ſpacio frui. Sarraceni quoq̃ ⁊ nõnulli iudeoꝝ circa hiꝰatria ſaltant fabulantes: poſt vitam pñtem flumina lactis mellis ⁊ vini a ſe loco retributionis habenda fore. Confuſionẽ ante medos hec varietas gignit: vt honorem: gloriã diuitias: potẽtiam corpis: ſanitatem ⁊ ſpem ſẽſus: particaces ⁊ vigiles mores prudentiam artiũ: victorioſam induſtriã: ſpeculationẽ cõmunem vie cognitionẽ poſſibilẽ quiſq̃ ꝓpria volũtate dicat eſſe ſũmum hominis bonum. Ibi nempe hec ⁊ plura legũtur. ¶ Cuiuſdam etiam clamor inde ad aures torquati vſq̃ peruenit. Aut deũ nõ eſſe: aut nullũ fore in ſeculo malũ dicentis: ſub quo non pauci diuinã puidentiam ad inferiora non puenire contendũt. Stoyci ibi blaſphemant ſm quendã ordinẽ cauſaꝝ intranſgreſſibilem de neceſſitate oĩa euenire. ¶ Erexit ſibi ſpecialiſſimum thronũ in prefato nemore multiplicius plato dicens vt tradit Greg. nicenus triplicem puidentiam eſſe: quaꝝ prima ẽ ſũmi dei qui primo ⁊ pncipaliter puidet ſpũalibus ⁊ intellectualibus. Conſeq̃nter vero

